De

INJURIIS,

Quæ

HAUD RARO NOVIS NUPTIS;

I. Per Sparsionem Dissectorum culmorum frugum Germ.
Durch das Kerckerling-Streuen/

II. Per injustam interpellationem ulterioris proclamationis,
Durch ungebührlichen Einspruch/

III. Per ligationes Magicas,
Durch das Nestel-Knüpffen/

inferri solent,

Quas

Adjectis Summariis & Indice,

Per varias qvæstiones practicas tractavit, examinavit, & præjudiciis hinc inde illustravit

Patronus Nupturientium.

Sumptibus, Gottlob Ernesti Strunzi, Qvedlinburg. & Ascanienſis Bibliopol. Anno M DC XCIX.

CORNELL UNIVERSITY.
The
President White
Library
RECEIVED 1891.

A.7021.
BK

PROOEMII

SUMMARIA.

Injuria eſt delictum atrox, & inviſum Theologis, & JCtis 1.
Cui graves pœnæ ſtatutæ. 2.
Quæ injuriæ hic tractentur 3.
Injuriæ h. l. in tribus membris proponuntur. 4. 5. 6.

QVam freqvens & atrox ſit dedictum injuria, conſtat non tantum ex Sacris literis, 1

Pſalm. 52.

Syrac. 27. *v.* 16. *& c.* 22. *v.* 30.

Et octavo præcepto Decalogi,
Sed & ex textibus juris

t. t. ff. & C. de Injur.

ex traditis Theologorum

Dunte in Caſib. Conſcient. tit. Vom Göttlichen Geſetze *ſect.* 2. *qvæſt.* 115.

Et JCtorum

Harprecht. §. 10. *Inſt. de Injur. n.* 63.
Berlich. part. 5. *Conel.* 62. *n.* 1. *ſeqq.*
Carpzov. pr. Crim. qvæſt. 94. *n.* 13.

ut hinc eidem non immerito à Principibus graves ſint indictæ & ſtatutæ pœnæ. 2

Conſt. Carol. art. 110. *verb. fin.* ſoll demnach der Außruffer ſolcher Schmach nach Vermögen der Rechte und Ermäßigung des Richters geſtraffet werden

Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. §. und sonderlich setzen
Const. Elect. Saxon. 42. part. 2.
Braunschweigische Landes-Ordn. § 75.
Anhaltische Landes-Ordn. *tit. 40.*

3 Animus autem pro tempore non est in genere de Injuriis, ceu materia ubivis obvia disserere, eorumqve species exponere, sed tantum illas describere, qvæ novis nuptis interdum inferri solent, ex
4 qvibus hasce tres præcipuas saltem elegi, I. qvæ fit per sparsos dis-
5 sectos frugum culmos durch das Heckerling streuen II. per injustam interpellationem ulterioris proclamationis durch ungebürlichen Ein-
6 spruch III. per Ligulas Magicas durch das Nestel knüpffen: De qvibus singulis speciales qvasdam qvæstiones in foro haud infreqventes horis succisivis elaboravi, & hisce pagellis inclusi. Deus autem ter Optimus Maximus sospitet meos conatus, qvo feliciter navigem, & portum exoptatum attingam.

MEMBRI PRIMI

De Sparsione dissectorum culmorum frugum. Von dem Heckerling streuen.

SUMMARIA.

Scortis & prostibulis relegandis imponuntur serta straminea Stroh-Krantze. 1. *& qvare.* 2.

Unde ortum traxerit das Heckerling streuen. 3. 4.

Sponsa persentit exinde injuriam sive sit nocens, sive innocens. 5. 6. 7.

I. Q. *An sponsæ contra taliter delinqventem competat actio injuriarum.* 10. *& qvare* 11. 12.

Nuptiæ vocantur Hochzeitlich Ehren- und Freuden-Tage 14.

Putant, qvod per hoc factum indicetur defloratio Sponsæ hactenus occulte habita. 17.

Declaratio de bona Sponsæ fama non liberat injuriantem. 20. *& 26. Si civiliter sit actum* 29. *& in injuriis realibus* 30.

An nocentium peccata liceat propalare. 22. 38. 39.

Jocus non excusat 24. *& dist. n.* 45.

neq; protestatio. 25.

Conversatio in meliorem partem interpretanda, ut delictum excludatur. 31.

Virginitas præsumitur in puellis, divitibus & pauperculis. 32.

Virginitas à natura proficiscitur. 34. *Trans-*

Transfert onus probandi in adversarium. 35.
Diffamatio liberat à Calumniæ pœna, sed non ab actione Injuriarum. 40.
Fama est fallax & mendax. 41.
Quomodo reales fiant injuriæ. 47.
Sponsa si nolit agere non subit periculum famæ. 49.
Crudelis est, qui famam negligit. 51.
Injuria diffamat, non infamat. 54. & 91.
Quomodo vita & fama pari passu ambulent. 55.
Bona fama dependet ab honestate. 56.
Sponsa etiam potest Magistratui indicare ad inquirendum. 57.
II. *An Sponso ob hoc delictum detur actio Injuriarum?* 58.
Sponsa in favorabilibus æquiparatur uxori. 60.
Ex una injuria interdum quadruplex oritur actio. 66.
Defensio competit Sponso, qua Sponso, non ex potestate Maritali. 67.
Quotuplex consummatio Matrimonii. 68.
Hæc injuria mediate afficit Sponsum. 69.
An Sponsus teneatur retinere defloratam 70. *etsi vi sit compressa. quid si stupri gnarus corruptam cognoverit.* 71.
III. *An Sponsus verberans deprehensum in actu spargendi, ut post aliquot dies moriatur, ordinaria homicidii pœna sit plectendus N.* 72.
Homicidium non est dolosum, sed culposum, quod non capitale. 73.
In lethalitate vulnerum Medici sunt consulendi. 75.
Quibus dissentientibus standum illorum sententiæ, qui vulnus nox lethale, asserunt. 77.
Pro gravitate culpæ sponsus puniendus. 78.
Ignoscendum est ei, qui se ulciscei voluit provocatus. 79.
Difficilimum justum temperare dolorem. 80.
Regula wer Menschenblut vergeust / dessen Blut soll wieder vergossen werden / *procedit in homicidio doloso, non culposo.* 84.
IV. *An Sponsus propter hoc factum Sponsam possit repudiare? N.* 86.
Culpa debet tenere autores. 89.
Sicut malevoli homines verbis injuriosis non possunt infamare Sponsam, ita nec factis. 90.
Sicut existimationi illius, qui laudatur ab eo, qui nulla laude dignus parum aut nihil accedit, ita de honore & existimatione Sponsæ nihil detrahitur verbis injuriosis à levi quodam homine prolatis. 92.

A verbis injurioſis licet argumentari ad injurias reales. 92.
Ob mores ſponſæ improbos, ad Matrimonii conſummationem ſponſus cogi non poteſt. 94.
V. *An ſecundo Marito competat actio injuriarum, ſi uxori, cum primo nuberet Marito, hæc injurioſa ſparſio ſit facta? N.* 100.
Ubi nulla injuria effectualiter eſt dicta vel facta, ibi nec dabitur injuriarum actio. 102.
Secundus Maritus ſuccedit ex jure ſingulari. 104.
Kauff gehet vor Miethe. 106.
VI. *An ſecundus Maritus tertium mediante injuriarum actione cogere poſſit, ut manifeſtet delinqventem? N.* 108.
Intereſt Reip. ut delicta puniantur, modo ſint vera delicta. 111.
Injuria ex ſparſione facta cum uxor primo Marito nuberet, non pertinet ad Maritum. 114.
VII. *An non actio injuriarum* wegen des Heckerlings ſtreuens *etiam competat patri filiæ. A.* 117.
Si filia cum Marito jam egit in judicio, pater ab actione Injuriarum excluditur. 125.
VIII. *Qvomodo inveſtigabitur autor hujus delicti.* 126.
Cum ſit difficilis probationis, recurrendum erit ad Conjecturas. 127.
Et quæ hæ. 128.
Tortura hic non habet locum. 135.
Alias qvis gravius puniretur in modo probandi, qvàm ex modo condemnandi. 136.
Artibus Magicis & diabolicis non licet inqvirere in autorem hujus delicti. 137.
Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona. 137.
IX. *An pro inveſtigando hoc delicto, Reo poßit deferri juramentum diſt.* 138.
Reo indiciis gravato deferri poteſt juramentum purgationis 141.
X. *Qvanto tempore hæc injuria præſcribatur.* 142.
Injuria realis extra corpus eſt annalis; In corpus eſt perpetua. 144. 145.
XI. *Qvomodo hic delinqvens erit puniendus.* 146.
XII. *Qvomodo puniendus, qvi vilem hominem mercede conducit ad hoc facinus perpetrandum* 148.
Mandans homicidium cum homicida parem ſuſtinet pœnam 150.
Rei turpis nullum eſt mandatum. 151. *diſt. inter intereſſe Mandantis, & Mandatarii, & nulla eſt obligatio, & intereſſe læſi & Reip. & obligantur ambo.* 152.
Mandans & Mandatarius ratione pœnæ æqviparantur 154.

An non autem & qvomodo haſce Injurias avertere & impedire poſſint 155.

1. *Cuſtodibus nocte conſtitutis* 156.

2. *Si benedictio Sacerdotalis fiat in ædibus privatis* 157.

qvo caſu ſpecialis diſpenſatio impetranda 158.

Affinia I. ratione ſponſi, ſi ipſi nocte nuptias præcedente exponatur infans ante fores domus, weñ dem Bräutigam des Nachts vor der Hochzeit ein Kind vor die Thür geſetzet wird 159.

1. *An hæc expoſitio ſit licita* 160.

Natos parere, poſtmodum autem exponere & nutrire nolle, non ſolum à ſenſu humano, ſed & ferarum beſtiarum natura alienum eſt. 160.

Rationes obſtantes ponderantur n. 162.

Qvæ infamiam evitare vult, debet vitæ honeſtæ ſtudere, & evitare, ne imprægnetur ib.

Honor non ſervatur ei, qvi ſe ſeduxit in ſeelus. 163.

Stuprum reddit infamem 164.

Per expoſitionem partum occultare non licet 165.

Omnino hic magna ſubeſt impietas. 167.

Honor proprius in ſtuprata prætendi non poteſt, qvi fundamentum habet virtutem & virginitatem 168.

Veritas magis amica 169.

Mater miſericordiam non inveniet in aliis, qvam ipſa penes ſe non habet. 171.

2. *An hoc factum ſit injurioſum* 172.

Ex facto ignominioſo infertur injuria. 173.

3. *An Sponſo competat actio injuriarum contra exponentem* 174.

Exponens poteſt cogi, ut infantem tollat 175.

Si exponens ignoretur infans vocatur expoſitus Ein Findel-Kind. 176.

Jus tollendi & educandi competit Magiſtratui, *altam Jurisdictionem habenti* 177.

Si exponens indagetur, temporali relegatione puniri ſolet. 178.

An liberis expoſitis poſſit recuſari receptio in Collegia Opificum Ob ſie bey den Gilden und Zunfften können auf- und angenommen werden. 180.

Pater eſt is, qvem nuptiæ demonſtrant. 183.

Receptos tamen excludere non poſſunt. 185.

2. *Qvoad Sponſam affinis erit injuria, qvando primo nuptiarum die Corona Sponſalitia* des Hochzeit-Krantzes *privatur, & ipſi vitta imponitur*, weñ ſie vor der Zeit gehaubet wird, 186.

Qvod

1. QVod proſtibulis & ſcortis relegandis, inqvibusdam Civitatibus ſerta ſtraminea imponantur, müſſen Strohkräntze tragen/ eſt in aprico

Bechman *diſſert. de Jur. Numellar. cap.* 4. §. *ult.*

Dœpler, in Theatro pœnar. cap. 20. *p.* 750.

2. qvæ propter venalem pudicitiam meritam luunt pœnam: Sed un-
3. de ortum duxerit peſſima hæc conſvetudo, vel potius perverſitas, qva novis nuptis malevoli homines, nocte nuptiales ſolennitates præcedente, prope illarum ædium limina culmos diſſectos ſpargunt, & ſparſione uſqve ad templum continuant, inqvirere non po-
4. tui; Niſi forte eo intendant, qvod ſicut culmus ariſtæ adhuc junctus eſt ſignum integritatis, ita diſſecti culmi Sint ſignum corruptionis, & hinc indicare velint, qvod ſponſa de virginitate amiſſa ſit ſuſpecta, qvod factum vulgo vocatur der Braut Heckerling ſtreuen

Hoppius diſſertat. de joco cap. 5. §. 15.

5. Utroqve autem caſu ſponſa, ſive ſit nocens, ſive innocens, tantam perſentit injuriam, qvæ extra corpus vix poterit eſſe atrocior, &
6. major: Et qvidem illo caſu, qvatenus peccatur in modo impudicitiam manifeſtandi; Hoc vero tanto magis, qvod delinqvens inno-
7. centi non pepercerit

Hoppius d. l.

8. Et hinc non dubitatur, qvin temerarius hic Reus ad ſatisfactionem
9. debitam hinc inde poſſit conveniri. Melioris autem ordinis gratia
10. dicenda in dodecate qvæſtionum proponam. Qværitur itaqve I. An non ſponſæ contra taliter delinqventem, wieder den/ ſo ihr He-
11. ckerling geſtreuet/ competat actio Injuriarum? Aff. cum hoc factum ſit qvàm maxime injurioſum, tendatqve in perpetuam Sponſæ ignominiam

arg. §. 1. de Injur. v. vel ſi qvis ad infamiam alterius; item dolove male fecerit, qvo qvid eorum fieret

L. item apud. 15. §. 27. ff. eod v. ſi qvis fecerit ut alium infamet

12. creſcatqve 2. injuria, qvod delictum factum ſit in platea, ſeu loco
13. publico: Reputatur enim atrocior, qvæ fit in loco publico

Farinar. pr. Crim. qveſt. 105. n. 186.

& qvæ multis adſtantibus & videntibus tempore lætitiæ, & gaudii publici facta

Farinac. d. l. n. 100.

ſiqvidem hoc tempus vulgo vocari ſolet der hochzeitliche Ehren = 14
und Freudentag

Speidel. in Specul. Jurid. Jurid. Polit. Lit. H. vol.
Hochzeiten 136.

Qvod gaudium 3. hoc facto qvam maxime contriſtatur & turbatur. 15
Inſimulqve 4. exaggeratur hæc injuria ex vulgi fama, qvæ diffundi- 16
tur non tantum per totam Civitatem, ſed & per regiones adjacentes. Pleriqve enim ſibi perſvaſum habent, qvod per hoc factum 17
indicetur defloratio ſponſæ hactenus occulte habita, & qvod virginitas ipſius ſit ſuſpecta. Obqvam Injuriarum atrocitatem nemo 18
denegabit Sponſæ actionem Injuriarum, maxime cum de doloſo injuriantis animo non poſſit non conſtare

L. 3. §. 1. ff. & L. 5. C. de Injur.

Nec liberabunt reum (qvæ etiam in ſeqventibus qvæſtionibus re- 19
currere poſſunt) exceptiones I. Si ſe declaret de bona Sponſæ fama, 20
utpote qvæ declaratio in foro recepta, maxime ſi fiat ante litem conteſtatam, eaqve actor nolens volens contentus eſſe cogatur, nec ulterius admittatur, ſi actionem injuriarum continuare velit,

Beuſt. ad L. ſi poſt aqvem 9. §. ſi damnaretur v. circa qvam doctrinam. ff. de jurejur

Moller part. 4. Conſt. 24. n. 32. ſeq.

Carpzov. part. 2. qvæſt. 97. l. 12. 13. 14. & lib. 6. R. 110. n. 1. ſeqq.

Mevius Conſ. 13. n. 40.

Nec 2. qvod Sponſa de converſatione liberiori ſit ſuſpecta, & hinc 21
infamaverit nocentem, allegando pro ſe

L. eum qvi nocentem 18. ff. de injur.

cujus hæc ſunt verba: Eum qvi nocentem infamavit, von eſt æqvum, ob eam rem condemnari: peccata enim nocentium nota eſſe & oportere, & expedire. Nec 3. qvod diffamatio vulgi præ- 22
ceſſerit, ex qva fama divulgata. Nec 4. ipſum excuſabit, qvod jo- 23
co hoc fecit

L. 3. §. 3. ff. de Injur.

cujus hæc ſunt verba: Si qvis per jocum percutiat, injuriarum non tenetur. Et qvod per jocum fit, non eſt ſiniſtre interpretandum

Tabor in Barboſ. locuplet. lib. 9. cap. 83. ăx. 2.

25 Nec 5. qvod ſponſa in corpore non ſit læſa. Nam R. ad 1. qvod de-
26 claratio, de bona actricis fama, in atrocioribus injuriis locum non habeat, diſſentiente actrice.

Carpzov. d. qvæſt. n. 16.
Finckelthaus Obſ. 50. n. 25.
Mevius d. Conſ. n. 46.

27 Cum & proteſtatio utut ſolenniſſima ab Injuria non excuſet, aut qvaqvam ratione officere valeat, ut per ſe injurioſa graviter non offendant, ſive præcedat, ſive ſeqvatur proteſtatio.

Mevius d. l. n. 48. ubt Bald. Jaſon. & alios allegat conſentientes.

28 & hinc per declarationem non promiſcue omnes injuriæ tollantur

Carpz. Frinckelth. d. l.

29 Deinde declaratio ceſſat, ſi civiliter & æſtimatorie fuerit actum

Carpzov. lib. 6. R. 110.

30 Prout nec declaratio obtinebit, Si injuriæ fuerint reales, ut hæ ſunt; cum nec in realibus obtineat actio ad palinodiam; Qvid enim reus in his recantaret

Eckolt in Pandect. ad lit. de Injur. §. 24.

31 Ad 2. R. qvod converſatio, ſi fiat cum honeſtis, & honeſte, ſit res adiaphora & indifferens, qvæ in meliorem partem interpretanda, ut delictum excludatur

Paaiam. de probat. lib. 2. cap. 25. n. 37.

32 & in virgine potius virginitas, pudicitia & honeſtas præſumatur, qvod non ſolum verum eſt in puellis, & mulieribus divitibus &
33 ſplendidis, ſed etiam in vilibus & pauperculis. Nam & hæ virgines & honeſtæ præſumuntur, qvoniam inter pauperes & humiles, dummodo ſint honeſtæ, & inter ingenuas & opulentiores nulla eſt diſtantia

L. humilem. C. de inceſt. nupt.
Carpzov. pr. Crim. qvæſt. 68. n. 81. & 28.

34 maximè cum virginitas ſit qvalitas, qvæ a natura proficiſcitur.

Pa-

Pacian. lib. 2. cap. 2. n. 6.

Et hinc grave onus probandi transferat in adversarium 35

Carpzov. d. l. n. 82. 36

Et posito, qvod Sponsa aliqvo modo hilarior, vel etiam nocens fuerit, tamen delinqvens hic peccavit in legitimo manifestandi modo, qvalis non est sparsio culmorum dissectorum, tempore imminentium nuptiarum facta, & pravus animus injurioſe revelantis rem efficit iniqvam 37

c. cum minister. & c. relegantes. 23. qvæst. 3.

Harprecht §. 1. Inst. de Injur. n. 106.

Nec ei patrocinabitur

L. eum qvi nocentem ff. de Injur.

Cum veritas convitii non excuset delinqventem, 38

Farinac. pr. Crim. qvæst. 105. n. 247.

Carpzov. qvæst. 96. n. 73. qvi Gail. Moller.

Schneidevv. & alios allegat consentientes.

Qvo & inclinat Constitut. Carol. art. 110. in fin.

Und ob sich auch gleichwohl die aufgelegte Schmach der zugemasten That in der Warheit erfinde / sol dennoch der Ausruffer solcher Schmach nach Vermögen der rechte und Ermäßigung des Richters gestraffet werden. Unde & qvi se

in d. l. eum qvi nocensem d. t.

Fundare vult, varia reqvisita observare debet, I. ut crimen verificari possit, 2. ut publice vindicari Reipublicæ intersit, 3. ut non denuncietur ex vindicta privata, nec in alterius contumeliam, sed utilitatem publicam. 4. ut ad judicem deferatur, nec alibi propaletur, 5. ut fiat legitimo modo 39

Mevius part. 3. decis. 357. & part. 5. decis. 389.

Brunneman ad d. l. n. 34. & conf. 105. n. 21. seqq.

Cum itaqve hæc reqvisita omnia in præsenri casu deficiant, dicta lex huc non poterit applicari. Ad 3. R. diffamatio & similes causæ liberant qvidem à Calumniæ pœna, sed non ab actione injuriarum. 40

Mevius Cons. II. n. 117.

Et in simul fama, si non initium cepit ab honestis personis & fide

 dignis,

dignis, ſed inimicis, malevolis & levibus hominibus, eſt fallax, falſa & mendax, qvæ tale eſt malum, qvod eundo vires acqvirit, ac mendaciis & conjecturis eorum, ad qvos pervenit, increſcere fo-
42 let, vel cui malignitas dedit initium, incrementum autem credulitas

Carpzov. part. 3. qvæſt. 120. ad 25.

43 Et qvisnam deliqventi dem Heckerling-Streuer dedit poteſtatem, ſuper diffamatione cognoſcendi, & illegitimo modo exeqvendi.
44 Ad 4. R. qvod hoc factum nullatenus ad jocoſum referri poſſit, ſed ſit, maneatqve injurioſum, ut apparet ex ante dictis. Deinde diſtinguendum erit inter jocum licitum & moderatum, & inter jo-
45 cum illicitum exceſſivum & mordacem. Ob hunc enim omnino
46 competit actio injuriarum

Hoppe de joco c. 5. §. 15.

47 Ad 5. R. qvod cum non verſemur in injuriis verbalibus, ſed realibus, ubi injuria fit, vel extra corpus, perſonam injuſte arreſtando, vel pudicitiam attentando, qvo & noſter caſus referendus; vel in
48 corpus, ut ſi qvis aliqvem pulſet, vulneret, vel verberet: Utroqve autem caſu competit injuriarum actio. Ergo Reus ſeſe hiſce exceptionibus, ab actione injuriarum à Sponſa inſtituta, nullatenus liberabit

49 *Lauterbach diſſert. de Injur. §. 24.*

Qvod ſi vero Sponſa vel ob potentiam vel divitias Adverſarii, vel ob inopiam vel metum multarum expenſarum agere nolit, vel non poſſit, non ſubit periculum famæ

Carpzov. qvæſt. Crim. 95. n. 90.

50 Nec poteſt qvis invitus ad perſecutionem illatæ injuriæ ſub pœna cogi

Klock. vol. 3. Conſ. 185.

In contrarium reponi non poterit, qvod innocentiæ ſuæ nimium
51 fidens, & famæ mendacia ridens, famam magis contra ſe concitet, & crudeiis ſit qvi famam negligat

c. non ſunt audiendi 11. *qvæſt.* 3. *c. nolo* 12. *q.* 2.

Si qvidem vita & fama paribus paſſibus ambulent

L. iſti qvidem 8. §. 2. *ff. qvod metus cauſa.*

Unde

Unde & dicere ſolemus;
Omnia ſi perdas, famam ſervare memento. Nam contradicen- 52
tes hiſce vindictæ cupiditati ſpecioſe blandiuntur, & imperitis hanc inferunt opinionem, qvaſi turpe & ignominioſum ſit, non vindicare illatas injurias; aſt perperam, & fallaci ratione. Pium enim 53
& Chriſtiano homine dignum eſt, ſacra Scriptura judice patienti animo excipere, perferre, & contemnere injurias

Matth. 5. v. 44.

Inſimul injuria qvidem diffamat, ſed non infamat, nihilqve nocere 54
poteſt his, qvi ſua laude celebres, & ſua conſcientia innocentes ſunt

L. ſi non es §. 3. C. de Injur.
Mevius Conſ. 13. n. 124. ad fin.

Neqve hæc regula, qvod fama & vita pari paſſu ambulent, ſimpli- 55
citer & abſolute, ſed tantum ſecundum qvid vera eſt. Vita enim ablata reparari neqvit: Fama vero, [cum per convitia ne qvidem 56
revera lædatur [bona enim fama à vitæ honeſtate, & bonis moribus dependet, & hinc neqve niſi malis moribus, & vitæ turpitudine læditur

Esbach in not. ad Carpzov. part. 4. Conſt. 10. def. 6.)

per varia juris remedia reparari poteſt

Carpz. part. 4. C. 10. def. 6. ibiqve Esbach qvi Hahn. Struv. Bruuneman & alios allegat conſentientes.

Interim tamen Magiſtratui hoc factum Sponſa denunciare, & ad 57
inqvirendum indicare poterit.

Martin. in Comment. forenſ. in rubricam Ordin. Jur. Sax. n. 27. ubi Berlich. & Carpz. allegat. conſentientes.

Q. II. An non Sponſo ob hoc delictum detur actio injuria- 58
rum? Affirm. per textum expreſſum

in L. item apud 15. §. ſponſum 12. ff. de Injur.

cujus hæc ſunt verba: Sponſum qvoqve ad injuriarum actionem admittendum puto, etenim Spectat ad contumeliam ejus injuria, qvæcunqve Sponſæ ejus fit.
Cum injuria fiat vel immediate, vel mediate 59

§. patitur. 2. Inſt. de Injur.

ſcil. per illos, qvi noſtræ poteſtati, vel affectioni ſunt ſubjecti,

d. §. 2. ibiq; Stryk. & Schneid W.

maxime cum Sponſa ſcil. non in odioſis, ſed favorabilibus, qvo & referri poteſt defenſio,

Esbach in not. ad Carpz. part. 3. Conſt. 19. def. 10.

60 æqvi paretur uxori,

Carpzov. lib. 5. R. 108. n. 2.

& hinc æqve ac uxor ſit defendenda

§. 2. I. de Injur. v. mariti nomine te cum iniuriarum agi poteſt.

61 Hinc & JCti promiſcue ſtatuunt, qvod ſponſus ad actionem injuriarum, ob injurias ſponſæ illatas, ſit admittendus

Schurff. vol. 2. Couſ. 57. n. 4.

Farinac. pr. Crim. qvæſt. 105. n. 271.

Harprecht ad § 2. ff. de Injur. n. 34.

62 Nec obſt. 1. qvod juxta præcedentem qvæſtionem Sponſa ipſa hujus facinoris ergo agere, & ſe ipſam defendere poſſit, 2. qvod

63 tempore ſparſionis Sponſa nondum fuerit ſub poteſtate maritali, qvam demum conſeqvitur Maritus poſt benedictionem Sacerdota-

64 lem, & tunc demum fit uxor Mariti. 3. Qvod hæc Sparſio non

65 tam attingat ſponſum, qvam ſponſam. Nam R. ad 1. qvod hæc

66 actio & defenſio non excludat defenſionem ſponſi, cum ex una injuria interdum qvadruplex oriatur actio

Harprecht d. §. 2. n. 34.

67 Ad 2. R. qvod omniuo defenſio ſponſæ competat Sponſo, qvâ Sponſo

per text. L. 15. ff. de Injur.

& non oriatur ex poteſtate Maritali, uſqve ad benedictionem Sa-

68 cerdotalem ſuſpenſa: Inſimulqve ſciendum, qvod JCti maxime Saxonici triplicem ſtatuant conſummationem Matrimonii; Primam ratione tutelæ, & vindicationis injuriarum, ſponſæ illatarum. Qvam primum enim mulier viro eſt deſponſata, in ejus tutelam tranſit, ad hoc, ut vir eam contra injurias defendere poſſit.

Lib. 3. Landrecht art. 43. v. der Mann iſt ſeines Weibes ꝛc.

adeoqve hujus reſpectu, contractis ſtatim ſponſalibus, in foro Saxonico conſummatum dicitur matrimonium

Pen-

Penſold in addit. ad Coler. part. 2. deciſ. 286. n. 230.

Secundam per ingreſſum thori conjugalis, ratione ſucceſſionis. Ante concubitum enim in foro Saxon. nec Maritus dotem, nec uxor portionem ſtatutariam lucratur: Tertiam per benedictionem Sacerdotalem, reſpectu ſcilicet juris hypothecæ, qvæ mulieri, in bonis Mariti, ratione dotis illatæ competit, & ab eo tempore incipit, qvo copulatio Eccleſiaſtica facta eſt

Carpzov. part. 3. Conſt. 19. def. 10.

Ad 3. &. qvod omnino hæc ſparſio afficiat Sponſum, ſi non immediate, tamen mediate, ut oſtenſum ſupra: Incuſatur enim tacite, qvaſi duxerit defloratam, qvam retinere non cogitur 69

Nicol. de repud. part. 2. cap. 3. n. 42.

Richter part. 1. deciſ 90.

Finckelthaus Obſ. 30.

Carpzov. lib. 2. Conſiſt. def. 193.

licet ſtuprum ſit violentum, & ſponſa vi rapta, & compreſſa ſit, wenn ſie wider ihren Willen genothzüchtiget worden/ 71

Nicol. de Repud. part. 1. c. 2. n. 52.

niſi ſtupri gnarus eandem duxerit, vel corruptam ante vel poſt nuptias ut Maritus cognoverit

Nicol. Carpzov. Richt. d. l.

vid. inf. membr. 2. n. 106.

Q. III. An ſi Sponſus deprehenſum in ipſo actu ſpargendi auff handhaffter That/ daß er die Nacht vor der Hochzeit Heckerling ſtreuet / verberet, ut poſt aliqvot dies moriatur, ordinaria homicidii poena, ſit plectendus? 72

Puto qvod non: qvia hoc homicidium non eſt doloſum, nec ex proæreſi, ſed ſaltem culpoſum, qvod non ſolet eſſe capitale 73 74

Carpz. pr. Crim. qvæſt. 27. n. 33. ſeqq.

Deinde reſpiciendum erit an vulnus ſit lethale, vel non 75

Carpz. qvæſt. 26. n. 19.

In qvo Medici ſunt conſulendi

Carpz. d. q. n. 24.

Qvibus in arte Medica peritis credendum, 76

Farinac. pr. Crim. qvæſt. 127. n. 102.

Carpz:

Carpz. d. l. n. 33.

77 Hiſce autem diſſentientibus illorum ſententiæ ſtandum, qvi vulnus non lethale in favorem rei aſſerunt

Klock. vol. 3. Conſ. 193. n. 5. ubi Cravett.

Bald. Dec. allegat conſentientes.

& tunc mitior pœna dictari ſolet

Carpzov. d. l. n. 38.

78 3. Inqvirendum, qvanta ſit culpa, & hinc pro ejusdem gravitate & levitate ſponſus pœna afficiendus

Carpzov. qvæſt. 27. n. 28.

79 Attamen 4. ſponſus ad deductionem innocentiæ erit admittendus, qvod ſcilicet ignoſcendum ſit ei, qvi ſe ulciſci voluit provocatus,

L. qvi cum Major 14. §. ſi libertus 6. ff. de bon. libertor.

80 & qvod difficillimum ſit juſtum temperare dolorem.

L. ſi adulterium 38. §. Imperator 8. ff. ad L. Jul. de Adulter.

Cothman Reſponſ. 59. n. 186.

cum vix major injuria excogitari poſſit, qvàm hæc, qva ſponſus

81 & ſponſa in feſtivitate nuptiali dehoneſtantur

ut ſupra dictum n. 5. 14.

& vita & fama pari paſſu ambulent, ſed de vero hujus regulæ ſenſu dictum ſupra n. 55. Qvæ exculpationes qvidem excuſant in

82 tantum, ſed non in totum. Unde cum non ſit omni culpa vacuus, ſponſus extra ordinem, pro gravitate culpæ erit puniendus

Carpzov. pr. Crim. qvæſt. 27. n. 24. ubi

Gomez. Clar. Menoch. Farinac. Ayrer. allegat conſentientes.

83 Nec obſtat regula: Wer Menſchen-Blut vergeuſt / deſſen Blut ſoll wieder vergoſſen werden / qvicunqve effuderit ſangvinem humanum, effundetur ejus ſangvis

Geneſ. c. 9. Levit. 24.

Carpz. pr. Crim. qvæſt. 1. n. 10.

84 Cum hæc regula tantum obtineat in eo, qvi dolo, & ex procereſi alterum occidit, non vero qvi provocatus, vel defenſionis modum excedendo, per culpam, mortis cauſam dedit

Esbach

Esbach in not. ad Carpzov. part. 4. Conſt. 43. def. 5. & ad Carpzov. part. 4. Carpzov. part. 4. Conſt. 8. def. 6.

Culpoſum autem homicidium extra ordinem punitur 85

Carpzov. quæſt. 27. n. 24.

Q. IV. An autem Sponſus propter hoc factum, daß ihr Heckerling geſtreuet worden / ſponſam poſſit repudiare? Neg. Cum certe tantum repudiandi cauſæ, in Jure ſint præſcriptæ, 86

L. 3. C. de Repud.

Novell 22 cap. 15. & Novell. 117. cap. 7. & 8.

ob qvas viro uxorem repudiare, & uxori à Marito divertere licet

Nicolai tract. de repudiis cap. 2. n. 11.

qvas ad tria ſumma capita reducit, nimirum ad vitia & mala animi 87
2. corporis & 3. fortunæ

Nicol. d. l. n. 13. ubi Brouwer. allegat. conſentientem.

ad qvas hæc cauſa non poteſt referri

2. qvia hoc factum plane fit extra ſponſæ culpam, qvæ nullatenus 88
concurrit in hoc delicto, & ſi ob hoc repudiaretur, 3. puniretur ex 89
facto mere alieno, cum tamen culpa debeat tenere ſuos Autores

Tabor. in Barhoſ. locuplet. lib. 3. cap. 73. ax. 15.

Et ſicut malevoli homines verbis injurioſis non poſſunt infamare 90
ſponſam, ita nec factis: Convitia enim non imminuunt exiſtimationem, nec maculam inurunt, qvin non eadem in poſſeſſione bonæ famæ maneat.

L. 17. §. 12. ff. ad Municipal.

Fritſch. tract. de Colleg. Opif. cap. 4. n. 23.

Injuria enim diffamat qvidem, ſed non infamat 91

Mevius Conſ. 13. n. 126.

qvæ diffamatio nihil nocere poteſt his, qvi ſua laude celebres & ſua conſcientia innocentes ſunt

L. *Si non es 3. C. de Injur.*

Mevius d. l.

Qvemadmodum enim exiſtimationi illius, qvi laudatur ab eo, qvi 92
nulla laude dignus eſt, parum aut nihil accedit, ita de honore & exiſtimatione ſponſæ nihil detrahitur verbis injurioſis, à levi qvodam homine, in eum prolatis

Moller part. 4. Conſt. 42. n. 6.
Carpzov. pr. Crim. quaſt. 95. n. 92.

Licet autem à verbis injurioſis qvoad juris effectum argumentari
93 ad injurias reales. Nec obſt. 1. qvod tamen ſponſa hac ratione
94 arguatur impudicitiæ, & qvod 2. ob mores Sponſæ improbos ad Matrimonii conſummationem Sponſus cogi non poſſit

Coler. Conſ. 18. n. 13.

95 maxime 3. ſi Sponſæ prohibuerit, converſari cum certo & ſuſpecto juvene

Coler. d. l.

96 Nam R. ad 1. ſi ſufficeret incuſare, qvis innocens foret

Nathe in Juſtitia vulnerata Chriſtiane Juridice & politice curata tit. 3. cap. 6. n. 11.

97 & cum ſparſio ſit facta à malevolis hominibus & inimicis, non poterit eadem maculam inurere Sponſæ innocenti

ut dictum ſupra n. 91.

98 Pari ratione 2. Improbi ſponſæ Mores nondum ſunt probati, ſiqvi-
99 dem ex hac ſparſione nullatenus probantur. Ad 3. R. qvod caſus hic ſit in diverſis terminis, & arguat non tam ex ſparſione, qvàm ex præcedente prohibitione converſationis ſuſpectæ. Non ergo dabitur medium concludendi aptum ad præſentem caſum

vid. tract. de ſtatu viduitat. imut. part. 4. cap. 6. n. 23.

100 Q. V. An autem ſecundo Marito competat actio injuriarum, ſi uxori, cum primo nuberet Marito hæc injurioſa ſparſio fuit facta?
101 Neg. cum ſecundo Marito, tum temporis, neqve immediate, neq; mediate facta fuerit injuria

per §. patitur 2. I. de Injur.

Non immediate, qvia de ſecundo Marito tum temporis non fuit cogitatum. Non mediate, per ſponſam, utpote qvæ ipſius non-
102 dum, ſed primi Mariti poteſtati fuit ſubjecta. Ubi autem nulla injuria effectualiter fuit dicta, vel facta, ibi nec dabitur injuriarum actio

Marant. in Specul. aur. part. 4. diſt. 1. n. 104.

103 Nec obſtat 1. qvod tamen ſecundus primo ſucceſſit Marito. 2. qvod Sponſæ competat actio. Nam R. ad 1. qvod ſecundus Maritus

tus qvidem ſuccedat, verum non ex jure hereditario, ſed ſingulari. 104
Singularis autem ſucpeſſor, neqve active neqve paſſive obligatur ex facto anteceſſoris, neqve activo neqve pasſivo. Unde nec em 106
tor tenetur ſtare locationi à venditore factæ, ſed ipſum ex prædio expellere poteſt: Siqvidem conſtat dicterium Kauff gehet vor Miethe

Carpzov. part. 2. Conſt. 37. def. 5.
Harpreeht. §. 6. Inſt. Locat. n. 8. 9.

Ad 2. R. qvod ſponſæ qvidem competat actio, ſed non Sponſo ſe- 107
cundo, ob rationes ſupra allegatas, niſi ex mandato ejusdem agat autoriſante Curatore: Tunc autem non ut Maritus, ſed ut Mandatarius, in genere conſideratur.

Carpzov. part. 1. Conſt. 1. def. 32.

Q. VI. An ſecundus Maritus tertium mediante injuriarum actione 108
cogere posſit, ut manifeſtet delinqventem? Er ſoll ſagen / ob er nicht wiſſe / wer ſeiner Frauen bey ihrer erſteren Verheyratung Heckerling geſtreuet? Neg. Cum in tertio deficiat animus injuriandi

L. 3. §. 1. *ff. de Injur.*
Tabor. in Barboſ. locuplet. lib. 9. cap. 62. af. 2.

Licet enim ironice, & inter pocula dixerit reus, ſe ſcire autorem, 109
magis tamen attendenda eſt veritas.

t. t. C. plus valere qvod agitur qvam qvod ſimulate concipitur.

& ſi denuncians innocentem denunciaret, puniretur, niſi delictum probet

Klock. vol. 3. Conſ. 185. n. 39.

Nec obſtat, qvod Interſit Reipublicæ, ut delicta puniantur 110

Martin. Comment. for. tit. 1. §. 5. n. 6.

R. Sed & vera delicta ſunt præſupponenda, & probanda, & eo re- 111
ſpiciendum, ne innocentes ſupprimantur, ſed ſaltem nocentes puniantur

L. *abſentem 5. ff. de pœn.*
Tabor in Barboſ. locuplet. lib. 9. cap. 63. ax. 1.

Lubet hic addere præjudicium, qvod hanc & præcedentem qvæſtionem qvàm maxime illuſtrabit: Auff Klage / Antwort / geführten

Beweiß und erfolgte Gesetze in Injurien-Sachen Andreen Nohrs vor sich und wegen seines verstorbener Eheweibes / Dorotheen Sophien Brincks Klägers an einem / Paul Drösels Beklagten andern Theils / so dieselben Uns samt denen ergangenen Acten zugeschicket / und sich des Rechten darüber zu belernen gebeten haben / Sprechen wir Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig vor Recht: Daraus soviel zu befinden / daß Beklagter von angestelter Klage zu entbinden und loß zu zehien / beyderseits auffgewante Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiret und auffgehoben V. R. W.

Churfürstl. Sächsische Schöppen zu Leipzig.

Publiciret in Churfürstl. Sächsischen Erb-Voigtey zu Qvedlinburg 6. Octobr. 1697.

Rationes decidendi.

Ob wohl die von Klägern producirte Zeugen eydlich bejahen / daß Beklagter an Johannis Qvartal 1696. in Friederich Wends Bahausung bey öffentlicher Versamlung des Böttiger Handwercks gesaget / er wüste wohl / wer Dorotheen Sophien Brincks an ihren Hochzeit-Tage Heckerling gestreuet / und auff wessen Anstifftung solches geschehen / auch da ihm einige Meister ermahnet / damit stille zu schweigen / dennoch geantwortet / es möchte geahntet werden / oder nicht / gnug wäre es / daß er es wüste / wer es gethan / über diß wegen Wiederholung solcher Reden die Zeugen dafür halten / daß durch dieselben ernannte Dorothea Sophia Brincken von Beklagten beschimpffet worden / zumal er ste aus freyen ungezwungen Willen her-
113 ausser gestossen / und ihm niemand darzu genötiget hätte / in übrigen ein Ehemann die seinem Eheweibe angethane Injurien zu anthen wohl befugt / diesemnach erscheinet / daß Klager das jenige so ihm zu erweisen aufferleget / und sich angemasset / zur Nothdurfft erwiesen / derowegen Beklagter wo nicht zu leistung eines öffentlichen Wiederrufts / doch einer Christlichen Abbitte / und Ehren Erklärung / mit Erstattung
113 der Unkosten zu condemniren sey: Dieweil aber dennoch Beklag-

ter /

ter / als er vormahls auff Klägers beſchehene denuntiation als ein Zeuge eydlich abgehöret worden / deponiret, daß als ſie die Morgenſprache gehabt / der Brincken Bruder / Valtin / von den Heckerlings ſtreuen gedacht habe / und vorgeben wollen / als ob er den Thäter halb und halb wiſſe / worüber er mit ſelbigen in Wortwechſel kommen / bey welcher Bewantniß denn Beklagter ſich in effectu vermittelſt Eydes gereiniget / daß er zu dergleichen Reden durch Klagers Eheweibes Bruder veranlaſſet worden / folglich daß die Reden / ſo an ſich ſelbſt 114
nicht ſchimpfflich / er wiſſe / wer Heckerling geſtreuet / injuriandi animo „
nicht geführet / Kläger auch ſelbſt nicht deutlich darauff / daß er von „
Beklagten durch mehr beſagte Worte beſchimpffet worden / libelliret / ſondern nur auff den Fall / wenn Beklagter den Thäter nicht eröffnen wolte / noch könte / ihn zu einen Wiederruff anzuhalten gebethen / alſo das Factum des Heckerlings ſtreuens / ſo ſeinen verſtorbenen Eheweibe vormahls / als ſie mit ihren erſten Ehemanne copuliret / zum Schimpff geſchehen / anthen wollen / ſo aber ihn ſelbſt nicht „
angangen / in übrigen deſſen Eheweib bey ihren Leben / ob ſie gleich wie 115
aus der Regiſtratur zu ſehen / von dem / was Beklagter bey der Morgenſprache geſaget / gewuſt / wider denſelben keine Klage erhoben / und 116
alſo wenn gleich eine Injurie vorhanden geweſen wäre / dennoch die Remiſſion wegen ihres erfolgten tödlichen Hintrits zu præſumiren, „
So iſt von uns geſprochener maſſen billig erkant worden. Hactenus dictum, qvod ob hoc delictum actio injuriarum detur Sponſæ & Sponſo, ſed jam porro qværitur VII. An non wegen des Heckerling ſtreuens actio injuriarum etiam competat patri filiæ? Omnino, qvia & pater per filiam mediate injuria afficitur,

d. §. patitur I. de Injur,
L. *1. §. ult. ff. &* L. 2. C, *cod.*

imo ex miſeria filiæ magis contriſtatur, maxime cum tempore 118
nuptiarum patria poteſtas nondum fuerit ſublata

L. *ſi uxorem.* C. *de condit. inſert.*

inſimulqve arguitur pater neglectæ & licentioſæ educationis, ob qvam apud viros honeſtos male audire poſſet, cum ab educatione tota fere hominis vita pendeat

Bonifac. tract. de furt. §. eſt. n. 35.

121 Nec obſt. qvod ratione filiæ, per nuptias, finiatur patria poteſtas

Carpzov. part. 2. Conſt. 10. def. 2.

122 Nam R. qvod nuptiæ tum temporis, da der Heckerling die Nacht vor der Hochzeit geſtreuet ward / nondum erant conſummatæ, imo ne qvidem inchoatæ, ſed tantum præparatoria ad nuptias facta, & ſic ſponſa adhuc qvam maximè erat in patria poteſtate, vi cujus competit patri hæc actio

Schneidevv. ad §. patitur. 2. l. de Injur. n. 11.

123 Nec obſt. 2. qvod filiæ & Sponſo jam ſint conceſſæ actiones R. ex
124 una injuria pluribus qvidem competunt actiones

Harprecht. d. §. patitur. n. 34.

ita tamen, ut ſi unus egerit, reliqvi agere non poſſint, ut apparet

ex L. 17. §. 21. ff. de Injur.

ubi ſi filius egit, patri non datur actio injuriarum, qvod obſervavit

Meier in Colleg. Argent. tit. de Injur. §. 25. n. 1.

125 & ſi filia cum Marito jam egit in judicio, pater ab actione Injuriarum excluditur

Mevius Conſ. 42. n. 93.

126 Sed qværitur VIII. qvomodo inveſtigabitur autor hujus delicti? Conſtat, qvod hoc delictum nocte, & clam fiat, & hinc ſit difficilis
127 probationis, qvare ad conjecturas erit recurrendum

Bonifac. tract. de furt. §. eſt. n. 18. qvi Bald. Marſil. Novell. & alios allegat conſentientes.

modo ſint probabiles & concludentes

Bonifac. n. 21.

128 ex qvibus præcipuæ erunt ſeqventes I. ſi Sponſus habuerit corrivales, qvi invideant Sponſo, qvod à Sponſa magis ametur, & voti ſui compos fiat. Triſtem hiſtoriam, ubi ſaltando & geſticulando corrivalis larvatus in ipſo nuptiarum die comparuit, & Sponſum à Convivis ſeparatum mantili ſtrangulavit, & ſuffocavit, refert

D. Auguſt. Pfeiffer in Evangeliſchen Erqvickſtunden ad Domin. II. poſt Epiphan. p. 112.

129 2. forma pedis, ſeu potius ipſa impreſſio vel veſtigium pedis, qvod

qvod in molli terra, pulvere vel nive relinqvitur, facit indicium commissi delicti contra eum, cujus pedibus respondet

Mascard. de probat. Concl. 830. *n.* 11.

Bonifac. d. l. n. 54.

Hujusmodi vestigiis Daniel apud Babylonios detexit neqvitiam Sacerdotum, qvi devorabant esculenta illa, qvæ qvotidie in templo apponebat Rex Bel eorum idolo, introeuntes noctu in templum per absconditum & cœcum ingressum, & dicentes, eadem à Bel comedi. Daniel enim cribrato cinere per Universum templum, & obsignato templi ostio Regis annulo signatorio, seqventi mane ex virorum, mulierum & infantum vestigiis, in cinere relictis, illorum fraudem deprehendit, & occidit illos Rex, & tradit Bel in potestatem Danielis, qvi subvertit eum, & templum ejus, ut testatur divina Scriptura

Daniel Cap. 14.

3. Si suspecta persona, nocte nuptias præcedente, visa fuerit aliqvoties ambulare circa domum nuptialem; cum & visus exire domo ubi furtum factum fuit, cum fasciculo sub veste habeat contra se indicium furti 130

Bonifac. d. l. n. 55.

prout & indicium contra se habet, qvi in loco furti, vel homicidii, concurrentibus aliis indiciis fuit inventus

Bonif. n. 48.

4. Si qvis deprehensus fuerit in flagranti crimine, vel in ipso actu spargendi 131

Bonifac. d. l. n. 49.

vel in alicujus vestibus vel calceis deprehensi fuerint dissecti culmi, wenn in/ oder an den Kleidern noch Heckerling zu sehen/ und zu befinden. 5. Si eadem nocte qvis fuit inventus larvatus, vel alieno habitu indutus 132

Bonifac. d. l. n. 53.

vel agnitus ex vestibus e g. pileo, vel chirothecis, vel aliis rebus amissis. Res enim inventæ in loco delicti eum reum arguunt, cujus sunt, vel fuerunt propriæ

Mascard. de probat. Concl. 830, *n.* 10.

6. Si

133 6. Si qvis ad hoc delictum se præparaverit, circa illud tempus, emendo vel dissecando culmos frugum.

Farinac. pr. Crim. qvæst. 125. n. 455. ubi Capoll. Bertazoll. Mascard. allegat. consent.

134 7. Si qvis ex post facto confessus, vel gloriatus de hoc crimine. Confessio enim in delictis occultis, & difficilis probationis, accedentibus qvibusdam conjecturis sufficit.

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 60. n. 5.

135 Tortura tamen in hoc delicto locum non habet, utpote qvæ tantum obtinet in delicto, pro qvo mortis supplicium, vel pœna corporis afflictiva est infligenda

Carpzov. Qvæst. 16. n. 7.

136 alias qvis gravius puniretur in modo probandi, qvàm ex modo condemnandi

Carpzov. d. l. n. 12.

137 Sed nec licet artibus Magicis & diabolicis inqvirere in autorem hujus delicti

Bonifac. d. l. n. 131.

cum non sint facienda mala, ut eveniant bona.

138 Q. IX. An pro investigando hoc delicto wer den Heckerling gestreuet Reo possit deferri juramentum? R. disting. an Civiliter, an criminaliter fuerint actum. Illo casu delatio locum habet, cum in civili-

139 bus causis delatio juramenti plerumqve obtineat: Hoc non æqve

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 95. n. 66. & lib. 3. R. 44. & in proces. tit. 11. art. 1. n. 41.

Martin. Comment. for. tit. 18. §. 1. n. 97. & 98. qvi plures allegat consentientes.

140 ne detur ansa perjurio, qvod qvovis modo præcavendum

Tabor in Barbos. locuplet. lib. 14. cap. 23. ax. 7.

141 Interim tamen si reus indiciis fuerit gravatus, ipsi juramentum purgationis deferri poterit, utpote qvod & in actione Injuriarum criminaliter intentata decerni potest

Carpzov. part. 1. Const. 22. def. 2. & proces. tit. 12. art. 3. n. 24.

Martin. Comm. for. tit. 32. §. 1. n. 17.

Ne

Ne delicta maneant impunita.

Tabor in Barbos. locupl. lib. 4. cap. 12. ax. 9.

Q. X. Qvanto tempore hæc injuria præscribatur? Puto qvod præ- 142
scribatur annali spatio: Cum tanto tempore etiam præscribatur in-
juria, ob injustam incarcerationem

Berlich. part 5. Concl. 69. n. 34.

Martin. Comment. for. tit. 5, art. 4, n. 129. ad 148.

Nec obstat, qvod hæc injuria sit realis, qvæ præsumitur perpetua & 143
dist, inter injuriam realem extra corpus, & in corpus commissam

Lauterbach. dis. de injuriis §. 24. 144

Illa est annalis, e.g. si qvis lingvam exerat os dilatet, manus adver-
sus aliqvem qvasi verberaturus levet

L. 15. §. 1. §. 27. ff. de Injur.

vel contumeliæ causa litem moveat

L. 13. §. 2. ff. eod.

invito domino domum ejus ingrediatur

L. 5. pr. §. 3. & L. 23. eod.

aut alias res occupet, vel arrestando, aut alio injusto modo impedi-
at, qvo minus qvis rebus suis uti possit

L. 13. §. fin. L. is §. 31. ff. h. t.

aut personam arrestando detineat

L. 1 § 6 L. is §. 31. eod,

Lauterbach diss. de injur. §. 24.

Hæc in corpus (e.g. Si qvis aliqvem pulset, verberet, aut vulneret 145

L. 1. §. 2. L. 5 pr. seq. eod.

Lauterbach. d. l.)

est perpetua, qvanqvam & distingvi soleat ulterius inter injurias
reales leves, & atrociores: Illæ præscribuntur anno; Hæ vero
triginta demum annis

Martin. d. l. n. 144. & 152.

Q. XI. Sed qvomodo hic delinqvens erit puniendus? Pœnam rele- 146
gationis eidem dictitat

Jacob Döpler in theatro pœnarum
cap. 20. §. 7. h. v.

Zu diesen kan auch gezogen werden / wenn den Bräuten zu Schimpf

Heckerling auf der Gassen hin / oder vor dem Brauthause biß an die Kirchthür gestreuet wird/ so mit Landes-Verweisung zu bestraffen. Sed pœna hæc non videtur sufficiens,& huic delicto proportionata, cum scandalum sit nimis magnum, & pro re nata in verbalibus etiam injuriis sæpe dictari soleat fustigatio

Carpzov. part 4. Const. 42.

qvanto magis in hac injuria reali, qvam maxime atroci,qvæ bene comparari potest famoso libello; qvanqvam & hæc hodie sit arbitraria

Carpzov. qvæst. 98.

Struvius in juris prud. lib 3. tit. 23. § 18.

148 Q. XII Qvomodo puniendus, qvi vilem aliqvem hominem mercede conducit ad hoc facinus perpetrandum? R. contra eum, qvi conduxit alium, ut tertio faciat injuriam, datur actio injuriarum, æqve ac contra illum, qvi perfecit

Schneidvv. ad §. non solum. de injur. n. 2.

149 Sicut & Mandans injuriam, æqve tenetur, ac qvi eandem exeqvitur

L. non solum 11. §. 3. ff. de Injur.

Cum causa causæ sit etiam causa causati

Tabor in Barbos. locupl. lib. 3. cap. 10. 13.

Si qvidem qvod qvis per alium facit, ipse fecisse videtur

c. qvi facit. 72. de R. I. in 6.

Unde ambo pari pœna afficiuntur

Harprecht. §. 7. I. de mandat. n. 9.

150 prout & Mandans homicidium cum homicida parem sustinet pœnam

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 4. n. 9. qvi Menoch Farinac. & alios allegat consentientes.

151 Nec obst. I. qvod rei turpis & prohibitæ nullum sit mandatum

§. 7. I. Mandat. L. 6. § 3 ff. Mandat.

152 R. dist. inter interesse Mandantis & Mandatarii,& hunc nulla est rei turpis obligatio, qvia nemo ex suo delicto præmium consequi potest

L. 1. §. 1. ff. de Exept.

& inter intereſſe læſi & Reip. & tunc uterqve tam mandans, qvàm mandatarius obligatur: Ille qvidem mandando, hic vero mandatum exeqvendo, & ſic uterqve tenetur ex delicto

Stryk. in axiomat. ad Struv. Jurisprud. lib. 3. tit. 15. ax. 5.

Carpzov. d. q. 4. n. 13.

Nec obſt. 2. qvod Mandantis dolus videatur eſſe major, qvam Man- 153
datarii, utpote qvi forte delictum non perpetraſſet, niſi Mandans, & conducens ipſum ad hoc animaſſet & inſtigaſſet, & hinc horum pœna non poſſit eſſe æqvalis. Nam R. in jure noſtro Mandantis & Mandatarii, ut & Conducti factum, ratione pœnæ uti jam dictum, 154
æqviparantur

Carpzov d. l.

An non autem nupturientes haſce injurias avertere & impedire 155
poſſint? Omnino, ſcilicet I. Si aliqvot cuſtodes nocte nuptias præ- 156
cedente conſtituant, qvi vel facibus, vel ad minimum lucerna, plateam circa domum nuptialem obambulent, & obſervent prætereuntes, & ipſorum facta. Hac enim ratione facilimo negotio poterit hæc ſparſio impediri

Maſcard. de probat. Concl. 829. n. 12.

2. Si benedictio Sacerdotalis non fiat in templo, ſed in ædibus priva- 157
tis. Qvo tamen caſu à Principe, qvi habet jus Epiſcopale & di- 158
ſpenſandi, ſpecialis diſpenſatio eſt impetranda

Carpzov, lib. 2. Conſiſt. def. 144.

Müller diſſert. de Benedict. Sacerd. ſect. 4. §. 6.

Supra dictis injuriis I. ratione Sponſi qvàm maxime erit affine deli- 159
ctum, qvo Sponſo nocte nuptias præcedente exponitur infans ante fores domus, wenn dem Brautigam des Nachts vor der Hochzeit ein Kind vor die Thür geſetzet wird: Ubi qværitur I. An hæc expoſitio ſit licita?

2. An non factum hoc ſit injurioſum? 3. An non Sponſo contra exponentem competat actio injuriarum? Ad I. R. qvod expoſitionem 160
minime probem. Natos enim parere, poſtmodum autem exponere, & nutrire nolle, non ſolum à ſenſu humano, ſed & à ferarum

bestiarum natura alienum est

Nov. 153. pr. prafat.

Frinckelthaus Obs. 86. n. 33.

Unde & exponens justæ subjicitur pœnæ.

Nec obst. qvod senatus Mediolanensis absolverit puellam, qvæ ad
161 infamiam evitandam partum exponi jusserat, qvam sententiam laudando approbat

Menoch. de arbitr. Jud. Cas. 396. n. 6. & ex eo Meier in Colleg. Argent. tit. ad L. Pompeiam de Parricid. §. 5. n. 6.

addita hac ratione, qvod non tam impietas ipsam moverit, qvàm proprius honor, qvi non modo filiis, Sed & propriæ vitæ anteferendus

Menoch. & Meier d. l.

162 Sed qvod pace dictorum JCtorum dixerim, non videntur stringere hæ rationes, sed potius ad majus delictum incitare. Si enim infamiam evitare voluisset, debuisset vitæ honestæ studere, & non meretritiam & inhonestam eligere, & sic evitare, qvod non impræ-
163 gnetur, vel sic partum edat. Honor enim non servatur ei, qvi se deduxit in scelus

Tabor in Barbos. lib. 8. cap. 11. ax. 7.

164 Et stuprum ipsam reddit infamem

Carpzov. dect. 17. n. 9.

Brunneman. ad L. 25. C. ad L. Jul. de Adulter. n. 4. seqq.

165 Qvod si post partum editum per expositionem occultare liceret infamiam, mater invitaretur ad majus delictum: Ipsa n. sibi facile persuadere posset infanticidium: Ita enim puerperium & editus infans melius occultari, terræ mandari, & sic corpus delicti è medio
166 tolli, omniumqve oculis subduci posset. Propterea tamen ipsi ob infamiam vitandam pœna remitti nullatenus poterit, siqvidem crimen hoc est immane

Frinckelthaus d. obs. 86. n. 33.

167 Et videtur minus religiosus esse, qvi statuere vellet nullam hic subesse impietatem. Pietas enim præterqvam erga Deum non pote-
168 rit excogitari major, qvam qvæ est inter Parentes & liberos. Nec mater poterit prætendere proprium honorem, utpote qvi fundamen-

mentum habet virtutem, pudicitiam, & virginitatem

Tabor lib. 8. cap. 11. ax. 9.

qvam per inhoneſtam vitam amiſit. Nec fundare ſe poterit in ſu- 169
pra allegatis traditis Ictorum, cum veritati ſit adhærendum; Sit e-
nim amicus Socrates, ſed magis amica Veritas 170

Tabor lib. 19. cap. 11. ax. 19.

Nec poterit mater expectare miſericordiam, qvaſi expoſuerit infan 172
tem, ut alii ejusdem infantis majorem habeant curam: Qvomodo
enim ipſa miſericordiam qværet, & inveniet in aliis, qvam ipſa pe-
nes ſe non habet? Ad 2. qvæſtionem, An non hoc factum, qvate-
nus expoſuit infantem ante fores Sponſi nuptias intendentis ſit injus-
rioſum? & puto qvod ſic: Factum enim hoc, qvàm maxime tendit
in Sponſi ignominiam, utpote qvem tacite incuſat vitæ hactenus 173
non adeo honeſtę actæ; Ex qvovis autem facto ignominioſo infer-
tur injuria

§. 1. Inſt. & L. is. § 17. ff. de Injur.

maxime cum infantem expoſuerit ante fores ſponſi & non alterius
civis, & qvidem tempore inſtantium nuptiarum: Voluit itaqve 174
ſponſum, ut Sponſum infamare. Unde jam 3. qværitur, an non
Sponſo contra exponentem competat actio injuriarum? Aff. cum
exponens habuerit injuriandi animum

L. 3. ff. de Injur.

utpote qvi ex facto hoc qvam maxime injurioſo præſumitur 175

add. ſub. h. memb. n. 11 ſeqq.

inſimulqve poteſt exponentem cogere, ut infantem tollat, & aufe-
rat. Si vero exponens ignoretur infans vocatur expoſitus ein 176
Findel-Kind

Harßdörffer im Schauplatz Luſt- und Lehr-Reicher ge-
ſchichte Hiſtor. 149.

Et qvidem tunc jus tollendi & educandi non competit alii, qvam 177
Magiſtratui, qvi altam habet Jurisdictionem

Brunneman ad L. 2. C. de infant. expoſ.
Theodoric. in Criminal. cap. 7. §. 4. n. 16.
Carpzov. part. 4. Conſt. 8. def. 8. 9, 10. & qvæſt. Crim. 10. n. 5.
Frinckelthauſ. Obſ. 86. n. 36.

178 Qvod si postmodum indagetur exponens, temporali relegatione puniri solet

Carpzov. d. q. 10. n. 17.

Qvanqvam alii putent, ipsam fustigatione & perpetua relegatione esse puniendam

Moller lib. 4. semestr. 45. n. 7.
Coler decis. 58. n. 2.
Berlich part. 4 Conc. 7. n. 36.
Theodor. Crim. cap. 7. §. 6. Lit. H. n. 74.

179 in mitiorem tamen partem inclinant Practici, si partus conservetur incolumis.

Carpzov. d. l. n. 19.

180 De his liberis expositis qværitur, an ipsis possit recusari receptio in Collegia Opificum. Ob sie bey den Gilden und Zunfften können
181 auß- und angenommen werden? Puto, qvod possit recusari receptio, cum se non possint legitimare secundum tenorem statuti, qvod reqvirit, ut recipiendus exhibeat testimoniales legitimæ nativitatis & qvod ex legitimo thoro sit natus, qvas producere non potest, & ita sentiunt mecum

Speidel in specul. Lit. H. voc. Handwercker *circa finem*
Fritzsch de Colleg. Opif. part. 2. cap. 5. nnm. 6.
Bechman diss. de jur tribuum cap. 2. §. 14.

182 Sunt qvidem, qvi expositos pro justis & legitimis liberis habere volunt

juxt. Palcaott. de nothis & Spuriis cap. 63.
Theodoric. Crim. cap. 7. §. 4. n. 16.
Qvi Alciat. & Speckhan & alios allegat.

qvam litem qvidem meam facere nolo, attamen subsisto in sententia, qvod non sint recipiendi, qvia patrem demonstrare non possunt

L. vulgo. 23. ff. de Statu homin.

183 Pater enim est is, qvem nuptiæ demonstrant

L. qvia 5. ff. de injus vocand.

184 Interim tamen si Collegia Opificum ipsos semel receperunt, sunt qve in possessione, & postmodum qvis ipsis exprobret natales, propterea ex collegio excludi non possunt, sed Collegium ipsos ut Collegi-

legas tueri, & defendere tenetur. 2. Qvoad Sponſam vero affinis erit injuria, qvando Sponſa primo nuptiarum die corona Sponſalitia des Hochzeit-Krantzes ab aliqvo privatur, & loco ipſius vitta vel coryphalus imponitur wenn ſie vor der Zeit gehaubet wird / eo ipſo enim ſponſæ imputatur qvaſi ante nuptias haud pudica vixerit, & indigna ſit, ut diutius geſtet coronam

arg. l. 15. §. 21. ff. de injur.
Ludvvel exercit. 15. §. 6. Lit. E.

ſecus erit, ſi ex conſuetudine locorum ſecundo nuptiarum die hocce peragatur Schöpſius diſſ. Inaug. de Serto Virginum cap. 2. §. 17. Tunc enim jus, mores, & circumſtantia temporis variant. Et hæc ſunt, qvæ junctis affinibus, de Sparſione culmorum diſſectorum frugum wegen des Heckerling ſtreuens in medium proferre, & in hoc membro proponere, & elaborare volui, pergo nunc ad ſeqventes ſupra memoratas injurias.

MEMBRI II.

SUMMARIA.

Nuptiarum encomium 1.
Nuptiæ perficiuntur
conſenſu nupturientium 2. *& parentum.*
conſummantur qvoad
actum primum per benedictionem Sacerdotalem 3.
qvoad actum ſecundum per copulam carnalem. 3.
An benedictio Sacerdotalis ſit de eſſentia Matrimonii 4.
Hodie qvoad effectus juris eſt neceſſaria 5.
in tantum, ut ad eam cogi poſſint, 6.
Hancce præcedere ſolet trina proclamatio publica das öffentliche Auffgeboth. 7.
qva vim peremtoriæ & Edictalis citationis habet. 8.
Proclamationis effectus eſt, ut poſt terminum qvis non amplius audiatur. 9.
Inter proclamationes fit interpellatio der Einſpruch 10.
qva vel { *juſta* 11 { *à loci paſtoribus* 12. / *à competitoribus* } / *injuſta* }

Qvo-

Quoad pastorem quæritur 1. *An pastor post primam proclamationem ulteriorem proclamationem possit recusare, si ipsi indicetur, quod nupturientes jam concubuerint, usque dum concubitum confiteantur. N.* 14. *Sponsus & sponsa præsumtionem virginitatis & castitatis præ se fert.* 15.

Virginitas est qualitas naturalis 16. *quæ naturaliter inesse præsumitur.* 16.

Neganti virginitatem incumbit onus probandi. 17.

De occultis non judicat ecclesia 18. *Censura Ecclesiastica non statuitur nisi in manifestos reos.* 19.

Vox vulgi non semper est veritas 20. *quæstio juris non debet dependere ab opinione vulgi* 21.

Pastor si ex præconcepta opinione nondum convictum convitii traducat injuriarum conveniri potest. 22.

Actus de ventre inspiciendo pertinet ad Jurisdictionem. 24.

Ob diffamationem Sponsæ nuptiæ non sunt remorandæ. 25.

Q. II. *An pastor ulteriorem proclamationẽ possit recusare, si ipsi oriatur scrupulus, quod ratione consanguinitatis & affinitatis non possint jungi.* 26.

An ratione Consanguinitatis in gradu tertio lineæ inæqualis sint jungendi. 30.

An ratione affinitatis quis possit Vitrici sororem ducere? 31.

Pastori licet inquirere in proximitatem, modo id fiat tempestive 32.

Q. III. *An pastor possit recusare proclamationem, si senex juvenculam, vel juvenis annosam fœminam matrimonio sibi jungi petat?* 33.

An senex juvenculam possit ducere in uxorem? Aff. 34.

Sexagenarii & ulterioris ætatis senes liberos generarunt. 37.

dist. inter generationis actum & generationis effectum. 38.

An senex possit confidere liberis 40. *an ancillis.* 41.

Uxor magis sollicita est de Mariti salute. 42.

Senex eligat fœminã mediocris status & ætatis potius, quam juvenculam. 43.

Senectus tam apta nuptiis, quam bruma messibus. 45 *quomodo* 47.

Dist. inter matrimonium qua tale, & inter vitia supervenientia. 51.

An vetula possit nubere juveni viro. 52.

Matrimonium hoc vocatur monstrosum. 53. *& quare* 59.

Irrationabilis amor pecuniæ aut officii cupiditas hic paranymphi esse so-

solent. 56.61.

Q. IV. *An si sponsus in mortis articulo expetat benedictionem Sacerdotalem & copulationem cum Sponsa pastor eandem possit recusare?* 65.

Videtur enim praeter affectionem conjugalem habere spem salutis recuperandæ,& liberorum procreandorum. 67.

In casu extremæ necessitatis absq; speciali Magistratus superioris dispensatione, omissa etiam proclamatione novi Conjuges copulari possunt. 69.70.

Q. V. *An si Consistorium Pastori mandet ulteriorem proclamationem, hoc non obstante pastor eandem possit recusare?* 73.

Mandata superiorum ab inferione corrigi & mutari non possunt. 76.

Lumen majus obfuscat minus 77.

Q. VI. *An pastor possit recusare tertiam proclamationem, si sponsa sit refractaria, & nolit venire ad Pastorem & confessionem fidei Chtistianæ edere* wenn sie nicht will kommen und beten 78.

Non quævis contumacia pro lubitu est punienda. 83.

Contumacia unius alteri nocere non debet. 81.

Q. VII. *An pastor possit recusare proclamationem, si nupturientes adhuc sint in luctu?* 84.

Viduus ante dimidium anni post mortem uxoris, & vidua intra anni spatium ad secunda vota transire non potest. 85.

Q. VIII. *An pastor peregrinos & peregre adventanes possit proclamare & copulare?* 89.

Favor matrimonii attenditur in jam junctis, sed non jungendis. 94.

Quoad competitores Q.I.

An interveniens interpellans possit impedire ulteriorem proclamationem, si dicat Sponsum vel Sponsam secum priora contraxisse sponsalia? 96.

Dist. an Sponsalia præcesserint publica, an privata. 97.

Publica præferuntur clandestinis & posterioribus. 99.

Quando regula, qui prior tempore, potior sit jure, procedat. 101. 102.

Quoties Sponsalia publica & clandestina concurrunt, toties illa præferenda, etiamsi hæc sint priora. 104.

Contra contractum clam initum militat præsumtio doli. 105.

Q. II. *An parentes ægrotantis nomine filiæ, potius jus prætendentis, possint interpellare ulteriori proclamationi? Aff.* 107.

qvomodo causa matrimonialis sit personalissima. 110. 111.

Q. III. *An interpellatio sit justa, si fœmina dicat, se à Sponso esse impregnatam?* 112.

dist. an impregnatio sit facta sub, vel sine promissione matrimonii. 113.

Impregnatione sine matrimonii promissione facta, in stupratoris arbitrio positum est, an stupratam dotare, an in uxorem ducere velit. 119. *& Magistratus eundem ad ducendum cogi nequit.* 120.

Q. IV. *An ancilla à Nobile stuprata, possit interpellare, si aliam virginem quærat.* 122.

Actio pro dote ipsi competit 123.

Q. V. *An tertius interveniens possit impedire ulteriorem proclamationem, si asserat, se carnaliter cognovisse Sponsam? N.* 124.

Recusans matrimonium præsumitur inimicus. 125.

Interveniens ex suo vitio jus habere nequit. 127.

Sacra Scriptura loqvitur de fœmina defiorata, non de masculo defiorante. 129.

Diffamantibus pœnâ modo relegationis, modo multa pecuniaria est indicta. 132.

Ob Lubricum linguæ qvis non facile pœna est afficiendus. 133.

Qvando hoc fallat. 134. 135.

Q. VI. *An Sponsus vel Sponsa possit recusare ulteriorem proclamationem, usq; dum persona diffamata se purgaverit à diffamatione dist.* 136.

Corruptam pro virgine acceptare non tenetur. 140.

An Sponsa possit recusare Sponsum, qvod fœdis libidinibus se maculaverit? 141.

Argumentum à correlatis non procedit, qvando in uno correlatorum magna datur disparitas. 144.

Aliud est diffamatio, aliud stuprum. 147.

Si sponsus stupri gnarus cognoverit sponsam, eandam postmodum repudiare non potest. 148.

Q. VII. *An non facta interpellatione, Sponsus vel Sponsa præstita cautione impetrare possit continuationem ulterioris proclamationis. N.* 149.

Cautio in causa debiti & Civili, sed non in causa matrimoniali locam habet. 151.

ex uxore virgo fieri non potest 152.

Q. VIII. *An fœmina interpellando impedire possit proclamationem, prætendens Sponsum ipsi matrimonium promisisse, cum ipsius uxor adhuc esset in vivis, & hinc sponsalia sint priora? N.* 154.

Promissa sunt servanda 156.
nisi sint juri contraria. 159.

qvan-

qvando priora sint præferenda, 158. 161.

Q. IX. *An non Si parentes habeant liberos, & qvidem alter filium, alter filiam sed adhuc jacentes in cunabulis, qvi paciscuntur inter se invicem de nuptiis ineundis sint jungendi matrimonio, si postmodum a. virgo vel filia nubilis alii nubat, alterius filius interpellando possit impedire proclamationem Neg.* 162.

Ob deficientem consensum sponsalia sunt nulla 165.

& non operantur interpellationẽ 168.

Q. X. *An ob injustam interpellationem qvis possit injuriarum conveniri? Aff.* 169.

Affinia si casus interveniat, qvi præsagiat tristem matrimonii eventum, vel si præcessisset, non fuissent contracta Sponsalia 181

accidunt tum in bonis animi, tum in bonis corporis, tum in bonis fortuna. 182.

In bonis animi 1. *Si furor interveniat* 183.

2. *Si inimicitiæ capitales interveniant.* 184.

3. *Si fiat hæreticus.* 185.

In bonis Corporis 1. *Ob fornicationem Supervenientem* 186.

2. *Ob morbum* 187

1. *Si spensus ad coitum reddatur ineptus, ib.*

2. *Si fiat contagiosus*

3. *Ob vitia corporis externa.* 188.

1. *Qvæ hominem ad expediendа negotia minus habilem reddunt, ib.*

2. *Qvæ fœde hominem deturpant* 189.

3. *Si sponsæ facies deformetur* 190.

Ob immutacionem status, si sponsus Crimen aliqvod committat 193.

2. *Si fiat jactura bonorum* 194.

MEMBRUM SECUNDUM.

De Injuriis,

Qvæ novis nuptis fiunt ex injusta interpellatione ulterioris proclamationis.

Durch ungebührlichen Einspruch.

NUptiæ, qvæ sunt mundi elementum, Civitatis principium, hominum officina, Ecclesiæ seminarium, Reip. incrementum & omnisordinis fulcrum 1.

juxt. Mevium Conſ. 110. *n.* 130.

2. contrahuntur & perficiuntur conſenſu mutuo,
L. 16. §. *ult. ff. de rit. nupt.*
& libero, tum nupturientium
c. cum locum. 14. X. *de ſponſal.*
tum parentum, in qvorum ſunt poteſtate
pr. Inſt. de nuptiis
Sutholt. diſſert. 2. §. 13.
& conſumantur moribus noſtris, qvoad actum primum per benedi-
3. ctionem Sacerdotalem
Carpzov lib 3. *Conſ. def.* 68. *n.* 8. 9.
qvoad actum ſecundum autem, & pleniſſimam conjugii conſuma-
tionem per Copulam Carnalem
Carpz. lib. 2. *Coeſ def.* 66. *n.* 17.
& lib. 3. *def.* 68.
Hancce litem autem, an benedictio Sacerdotalis ſit de eſſentia Matri-
4. monii? Jam movere nolo, me remittens, ad
tradita Hahn in Waſemb. Parat. tit. de Nupt. n. 5.
Müller, diſſert. de Benedict. Sacerdotali. ſect 1. §. 6. 7. 8.
Interim tamen hodie ex humana Conſtitutione, ut ſolennitas eſ-
5. ſentialis & cauſa efficiens proxima ad verum & ratum Conjugium
inter Chriſtianos ineundum in foro exteriori, & qvoad effectus ju-
ris ſumme eſt neceſſaria, publicæ utilitàtis & honeſtatis cauſa intro-
ducta, & à plerisqve gentibus honeſtatis amantes recepta
Carpz. lib. 2. *Conſ. def.* 142. *n.* 14.
Nicol. tract. de divort. part. 2. *cap.* 4.
n 41. *& reſol.* 5. *n.* 14. *ubi Gerhard. Cypr.*
Arniſ. & alios allegat conſentientes.
in tantum, ut omittentes eandem peccent contra publicam hone-
6. ſtatem, & hinc præter pœnam, adhancce Sacerdotalem benedi-
ctionem denuo cogi poſſint
Müller d. diſſert. ſect. 1. §. 10.
Eandem regulariter præcedere ſolet trina proclamatio publica das
7. öffentliche Aufgeborh/ qvæ naturam Edicti ex. L. diffama 21. C. de
in gen. & manumiſſ. & vim peremtoriæ & Edictalis citationis ha-
bet,

bet, qva incertus qvisqve contradictor citatur, ut veniat, & impedimenta alleget, & in posterum taceat

Stryk ad Jus Eccles. Brunnem. lib. 2. cap. 16. §. 6.

Solet enim sub pœna perpetui silentii concipi daß derjenige/ so etwas dawieder zusprechen/ sich bey zeiten melden / oder hernach stille schweigen solle/ qvæ hoc efficit, ut citatus sciens denunciationem seu proclamationem, post terminum elapsum regulariter non amplius audiatur 9

Berlich. decis. 76.
Struvius in Iprud. lib. 1. tit. 7. §. 3.
Carpzov. lib. 2. Conf. def. 66. n. 20.
Müller d. l. sect. 4. §. 4.
Nicol. de divort. cap. 4. n. 39.

Hasce inter proclamationes interpellatio der Einspruch fieri solet, 10
qvæ vel est justa, vel injusta, respiciendo ad causas. Fit a. vel à Loci 11
Pastoribus, qvæ improprie sic dicta talis erit: Vel à competitoribns 12
porius jus prætendentibus, qvæ proprie talis dici poterit. Qvo- 13
ad Pastorem loci nihil aliud erit, qvam recusatio ulterioris proclamationis, si forte prætendat scandalum, vel præcedens delictum. Unde qværitur I. Si pastor prima vice nupturientes qroclamaverit, 14
postmodum autem ipsi indicetur, es komt eine Treuscherey darein qvod ambo jam concubuerint qvod vulgo exprimunt sie hätten den Speck zu frühe angeschnitten / cujus ergo recuset ulteriorem proclamationem, usqve dum ambo confiteantur concubitum: Qværitur an hæc recusatio sit justa? Puto qvod non, si sponsus & Sponsa concubitum negent, cum præsumtionem virginitatis & casti- 15
tatis præ se ferant.

Kornman tract. de virginit. jur. cap. 7.

& virginitas sit qvalitas naturalis 16

Gilhaus. Arb. Jud. Civ. cap. 6. p. 7. §. 183.

qvæ naturaliter inesse præsumitur

Pacian. de probat. lib. 2. cap. 2. n. 4.

maxime cum nemo malus dicatur, donec probetur talis,

L. 51. ff. pro socio.

17 Unde & neganti virginitatem incumbat onus probandi
Pacian. d. l. n. 6.

18 2. Cum de occultis non judicet Eccleſia
cap. 33. in fin. X. de Simon.
ſed illi committenda, qvi ſolus novit hominum corda
Can. 20. cauſ. 2. qvæſt. 4.
Rhetius diſſert. de Occult. in præfat.

19 Unde & cenſura Eccleſiaſtica non ſtatuitur niſi in manifeſtos reos
Mevius Conſ. 42. n. 23.
Nec patrocinabitur Paſtori rumor vulgi &. enim qvod non qvælibet vox vulgi ſit veritas, cum fama falſa ſæpius, qvàm vera ſit, nec
20 contingat hoc eſſe, qvod poteſt abeſſe ſeu non eſſe, cum à poſſe ad eſſe non valeat conſeqventia
Gœddæus vol. 4. Conſ. Marpurg. 37. n. 825.

21 & cum hæc ſit qvæſtio juris, eadem non debeat dependere ab opinione vulgi
Finckelthauſ. Obſ. 25. n. 21.
per L. ſi dictum. 56. pr. ff. de Evict.
Unde & Paſtor, ſi ex præconcepta opinione, vel vulgi rumore, vel
22 vana perſuaſione falſa pro veris effutiat, & qvempiam convitii non convictum traducat, & reum arguat, actione injuriarum convenire poterit
Mevius Conſ. 110. n. 75.

23 maxime ſi obſtetrices & Matronas clanculum ſubſtituat, qvæ ſponſam inſpiciant & tangant
Gilhauſ. d. §. 184. n. ult.
cum actus de ventre inſpiciendo pertineat ad Jurisdictionem, qvi
24 non convenit Paſtori
Rhamdohr. diſſert. de Ocular. Inſpect. §. 5.

25 Licet Itaqve ſponſa de ſtupro & fornicatione fuerit diffamata, pro virgine tamen habetur, usqve dum diffamans contrarium probet, nec propterea nuptiæ remorari, vel ſuſpendi poſſunt
Carpz. lib. 2. Conſ. def. 238. n. 8.
ubi ſeqvens legitur præjudicium, und wird die Braut ſo lange vor eine

eine Jumpfer gehalten biß in dem diffamations-proces ein anders wider Sie ausgeführet/ alda im wiedrigen Fall der diffamant Martin Z. der verdienten Straffe künfftig nicht entgehen wird V.R.W.

Carpz. d.l. n.12.

Q. II. An ulteriorem proclamationem Paſtor poſſit recuſare, 26
ſi poſt primam ipſi oriatur ſcrupulus, an ratione Conſanguinitatis vel affinitatis poſſint jungi? Puto qvod non: Cum ſtatum cauſæ ante primam proclamationem perpendere, & ſi dubius, Conſiſto- 27
rio indicare debuiſſet. Qvod ſi poſt primam proclamationem re- 28
cuſetur ulterior, hoc fieret præpoſtere, & non ſine ſcandalo, & cum injuria nupturientium. Nec obſtat, qvod ſi de impedimento 29
aliqvo appareat, novi Conjuges non ſint proclamandi

Carpzov. lib. 2. Conſ. def. 138. n. 4.

& qvidem ratione Conſangvinitatis, e. g. An in gradu tertio li- 30
neæ inæqvalis ſint jungendi? Aff.

Carpzov. lib. 2. def. 71.

ubi ſeqvens legitur reſcriptum: Im wiedrigen Fall aber da ſie einander im dritten Grad ungleicher Linien zugethan/ dem Pfarrer ſeinen Unfleiß in Nachforſchung der Verwandtniß vor dem Auffgeboth in Ernſt verweiſen/ die Copulation aber nichts minder anordnen

Carpz. d. l, n. 13.

Et ratione affinitatis; An qvis poſſit vitrici ſororem ducere in uxo- 31
rem? Aff.

Richter deciſ. 10, n. 13.
Müller d. l. ſect. 3. §. 3.

Ubi ſeqvens præjudicum: Dennoch aber weil zwiſchen euch beyden keine Conſanguinitas ſondern nur affinitas in ſecundo genere, darinnen die Verehlichung zu rechte nicht verbotn/ als ſeyd ihr auch mit gedachtes eures Stiefvaters Schweſter geſchloſſene Ehe zu vollziehen wohl befuegt V. R. W. Paſtoribus itaqve licet inqvirere in proximitatem, modo id fiat tempeſtive, ſcil. ante, & non poſt primam proclamationem, poſtmodum n. vergeret in Sponſorum injuriam.

Q. III. An paſtor poterit recuſare proclamationem, Si ſe-

nex

nex juvenculam, vel juvenis annosam fœminam matrimonio sibi jungi petat?

34 Puto qvod non: Cum jus nostrum tales nuptias non improbet, unde & tam Theologi

Dunte indecis. Cas. Conscient. cap. 19 sect. 1. qvæst. 2, 3.
Pruckner in Manual. cent. 8. qvæst. 36. 37. 39. qvi plures allegat

qvam JCti easdem permittant

Harprecht. pr. I. de Nupt. n. 27. seqq.
Carpzov. lib. 2. Cons. def. 13.
Struvius in Iprud. lib. 1. tit. 7. §. 2.
Brunneman. ad L. sancimus. C. de nuptiis
Stryk. ad J. Eccles. Brunneman. lib. 2. cap. 17. §. 2. p. 665.

35 Sed cum hæc qvæstio sit bipartita, & hinc accuratius examinanda, inqviram I. An Senex juvenculam possit ducere in uxorem? Qvod
36 affirm. Licet enim finem conjugii principalem, qvi est sobolis procreatio & remedium libidinis senex non semper assequi possit, tamen non deerit beneficium mutui adjutorii

37 *Carpz. d. l.*
Martin de Jur. Senum singul. cap. 2. §. 10.

Qvanqavm non desint exempla, qvod Sexagenarii, Septuagenarii & ulterioris ætalis senes liberos generaverint

Mevius Cons. 42. qvi Plin. Cypræum
38 *Schenck & Mercator. allegat consentientes.*

& hinc alii distinguant inter generationis actum unter das Ehe-Werck & inter generationis effectum unter die Ehe-Frucht/

Stryck. ad Brunneman d. l.

39 Sæpe etiam senis res œconomicæ non permittunt esse extra matrimonium. Nam mortua uxore œconomia vel plane esset dissol-
40 venda, vel continuanda. Illo casu non opus habebit aliam eligere uxorem, maxime autem hoc casu. Nec enim confidet propri-
41 is liberis, utpote qvi parum solliciti erunt de habenda patris cura vel continuanda vita, sed teste experientia potius anhelabunt ipsius mortem, qvo eo citius paternam assequantur hereditatem; Nec ancillis vel servis, curam œconomicam tuto committere potest, ut-

pote

pote qvi proprio inhiant commodo, ſcharren auf ihren eigenen Kuchen / nec ut decet patrisfam. Curam habent. Uxor autem cum ſit ſocia rerum gerendarum, nec viventeMarito, tam accuratas reddere debeat rationes adminiſtrationis, magis ſollicita erit de patris familias & mariti ſalute. In hoc tamen non ero difficilis, qvod ſenex ſibi magis conſulat, ſi eligat fœminam mediocris ſtatus & ætatis 43
qvam juvenculam. Qvod ſi vero res non amplius ſit integra, nec impediri liceat poterit ducere juvenculam juxt. præjudiciũ Conſiſto- 44
rii ſupremi Saxonici wiewohl auch nun rathſamer wäre bey euren angezogenen 60. jahrigen Alter und Leibes beſchwehrung anderweit vereheligung einzuſtellen / und bey guter Wartung des Gebets und Gottes Dienſts in dieſen betrübten Zeiten deſto fleißiger zu pflegen / oder da ihr mit unverletzten Gewiſſen auſſer dem Eheſtande nicht leben könntet / eine ſolche Perſon / die euch am ſtande und alter nicht gar ungleich zu erwehlen ꝛc. Wofern ihr aber dennoch dieſes alles unerwogen eure gefaſte intention zu endern nicht gemeinet / ſo ſeyd ihr aus Zulaſſung geiſtl. und Landüblichen Rechten / weil dießfals kein wiedriges Geſetz vorhanden / oberwehnte eure Dienerin zu ehelichen nicht allein befuegt / ſondern auch da zwiſchen euch albereit eine verbindliche Zuſage geſchehen / ſolches zu thun ſchuldig V. R. W.

Carpzov. lib. 2. Conſiſt. def. 13. n. 23.

Nec facit pro Paſtore 1. qvod Senectus tam apta ſit nuptiis, qvam 45
bruma meſſibus

Harprecht. h. t. n. 28.

2. rara ſit concordia cum Noverca & liberis primi Matrimonii, pro- 46
ut nec 3. defutura ſit Zelotypia. R. n. ad I. qvod jam in præcedenti- 47
bus ſit dictum, ſenes ad nuptias non eſſe abſolute inhabiles, ſed has 48
ſimilesqve ſtrophas eſſe à juvenibus, qai ſtatum viduitatis & ſenectutis ignorant, ſenumqvæ mortem exoptant, qvo jnvenes in Officio & bonis ſuccedant, in ſenum ignominiam excogitatas, qvales facile etiam contra juvenes nupturientes proferri poſſent. Ad 2. R. 49
qvod hoc de pacificis Novercis & privignis non præſumatur; Qvod ſi vero fiat, hoc fiet ex accidenti, inſimulqve lites, ut prudens paterfam. decidet. Pro ut & 3. juvenculæ in moribus ita ſe gerent, 50
ne Senex Maritus ſiniſtram de ipſa concipiat opinionem: Inſimul-

qve distinguendum erit inter matrimonium ipsum qva tale, & inter vitia seu accidentia & supervenientia. Restabit autem qvæstio secunda An Vetula possit nubere juveni viro? Puto qvod sic, cum œconomia & negotiatio non ferat vitam solitariam, sed reqvirat Sociam, & rationes supra adductæ etiam hic allegari possint. Obstare qvidem videtur, qvod matrimonium hoc vocetur monstrosum

Carpzov. lib. 2. Conſ. def. 13. n. 2.

2. qvod hic neqve spes prolis, neqve solatium vitæ, neq; honestum adversus carnis stimulos sit expectandum remedium; 3. qvod hoc Matrimonium minus felicem sortiatur exitum, cum irrationabili superstruatur fundamento; irrationabilis enim amor pecuniæ, aut officii cupiditas, hic paranymphi esse solent, & 4. metuendum ejusmodi juvenes Maritos aliarum fœminarum qværere amplexus, & 5. vetulæ mortem expectare. ℞ autem ad 1. vocatur monstrosum forte propterea, qvod sicut monstra raro eduntur, ita & matrimonia talia raro ineantur, & si fiant, sine dubio vetula juvenem instigavit ad amplexus conjugales. Ad 2. ℞ qvod & extent exempla, qvod Sexagenariæ pepererint liberos, & sic congressus non fuerit sine delitiis

ad 3. ℞ qvod in viris & fœminis honestis potius ad affectionem conjugalem, qvam ad divitias sit respiciendum.

ad d. disput. Inaug. Johann Helfrich
Sandra sub præsidio Heinrici Bodini
habita de Erroribus Communibus circa matrimonialia §. 17.

Ad 4. & 5. ℞ qvod hoc ex accidenti etiam fieri possit, si uxor sit juvenis. Ex qvibus apparet, qvod si in hisce personis concedantur nuptiæ, nec poterit pastor ob inæqvalitatem ætatis proclamationem & benedictionem recusare. Recte etiam Pastor benedicendo senibus addit hæc verba: Crescite & multiplicamini seyd fruchtbar und mehret euch/ und erfüllet die Erde

Genes. 1. v. 28.

Licet enim per hasce personas raro fiat multiplicatio hominum, qvæ tamen non impossibilis, recte tamen retinetur ordinatio divina, utpote qvæ sine scandalo omitti non poterit

Mül-

Muller d. l. sect. 4. §. 11. qxi Kesler.
alleg at consentientem
Martin. diss. de Jure Senum singul. cap. 2. §. 10.
Prutkner in manual. cent. 8. qvast. 38.

Q. IV. An si sponsus in mortis articulo expetat benedictionem Sa 65
cerdotalem & copulationem cum sua Sponsa, Pastor eandem possit
recusare? N. Matrimonium enim cum morti vicino 66
Harprechi §. ult. I. de nupt. n. 19.
& constituto iu articulo mortis recte contrahitur
Gail. lib. 2. Obs. 141 n. 8.
Videtur enim hic nupturiens præter affectionem Conjugalem ad- 67
huc habere spem salutis recuperandæ, & liberorum procreando-
rum
Harpr. d. l. n. 21.
Nec patrocinabitur Pastori 1, qvod hic nulla impetrata fuerit dispen- 68
satio
insimnlqve proclamatio trina omissa. Nam R; distinguendo inter 69
regulam & exceptionem. Nam in casu extremæ necessitatis abs-
qve speciali Magistratus superioris dispensatione, omissa etiam pro- 70
clamatione novi Conjuges copulari possunt
Carpz. lib. 2. Cons. def. 141.
Muller diss. de Benedict. Sacerdot. sect. 4. § 3.
Nec obstat, qvod hæc benedictio Pastori videatur esse frustranea, 71
maxime si præter spem Sponsus brevi moriatur. R; nullatenus fiet
frusttra; Sed habebit effectus civiles, tam ratione successionis, 72
qvam ratione legitimationis, & ita insimul voluntas ultima mori-
entis adimpletur
Harprecht d. l. n. 22.

Q. V. An si Consistorium Pastori mandet ulteriorem proclamatio- 73
nem, hoc non obstante Pastor eandem possit recusare? Puto qvod
non, ne videatur sibi plus tribuere & considere, qvàm Consistorio. 74
Nec obst. qvod Pastor forsitan sit magis informatus in facto, qvàm 75
Consistorium R; absurdum fore mandata Superiorum corrigi & mu- 76
tari ab inferiore
Carpzov. lib. 3. cons. def. 14. n. 15. & 17.

77 Cum Consistorium præsumtionem juris præ se ferat, & lumen majus obfuscet minus

Anthon. de rescript. Morat. Concl. 8. n. 18.

78 Q. VI. An pastor possit recusare tertiam proclamationem, si sponsa sit refractaria & nolit venire ad Pastorem & confessionem fidei Christianæ edere, wenn sie nicht wil kommmen und beten? qvod dispositum in Constitutione der Eheordnung Electorali Saxonica, Tit. von der Copulation und Hochzeiten. ibi, und da es junge Leuthe/ob sie auch ihren Catechißmum gelernet/ohne dessen Erkäntnis sie nicht auffgeboten werden sollen

Muller de benedict. Sacerdot. sect. 3. §. 2.

79 Puto qvod pastor recusare non possit; Cum res non amplius sit integra & sub tali pœna hæc confessio non sit statuta & hinc non sit præcisæ necesitatis, insimulq; ob Sponsæ contumaciam damnum iniret
80 Sponsus innocens, si differre cogeretur nuptias, maxime si convivas jam invitasset, & epulas nuptiales præparasset: Cum tamen
81 contumacia unius alteri nocere non debeat, utpote qvæ non egreditur personam contumacis

Tabor in Barbos. lib. 3. cap. 66. ax. 5.

82 Obstare qvidem videtur, qvod hæc consvetudo tentaminis fidei, qvoad Sponsam bonum habeat finem, & tamen sponsa sit contumax
83 & pœna debet esse proportionata delicto, & non qvævis contumacia pro pastoris lubitu est punienda. Qværitur VIII. An pastor
84 possit recusare proclamationem, si nupturientes adhuc sint in luctu?
85 Qvod affirm. Viduus enim ante dimidium anni post mortem uxoris, & vidua intra anni spatium post mortem mariti ad secunda vota transire non potest

Carpz. lib. 2. Cons. def. 159. 160. & 161.
Nevvenhahn tract. de jurib.
viduitat membr. 2. sect. 17. p. 146.

Clara eim est Constitutio Electoralis Saxon.

in ordin. Matrimon. de Anno 1646.

§. Was endlichen Witber und Witben anbelanget/so anderweit zur Ehe schreiten wollen / erfahren wir daß etliche ihrer abgestorbenen Ehegatten allzu zeitig vergessen/ und mit Aergerniß wiederumb zum Ehestan-

hestande eilrn/ junct. verb. So wollen wir das hinführo ein Witber zum wenigsten ein halbes Jahr die Trauer Zeit halte/ und für Ausgang desselben sich wieder zu verehelichen oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben sol item so wollen wir/ daß hinführo eine Witbe ein gantzes Jahr ihre Trauerzeit halten/ und für Ausgang desselben sich wieder zu verehelichen oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben soll ꝛc.

Carpzov. d. def. 159. n. 15. & def. 160. num. 8.

Cui conformis est constitutio Anhaltina 87

Landes-Orden. tit. 6. §. über dieses sollen die Witber und Witben hiermit erinnert seyn/ weñ sie ad secunda vota schreiten wollen/ die Erbarkeit in acht zu nehmen/ also daß ein Witber vor ablauf eines halben jahres zum wenigsten/ eine Witbe aber/ ehe drey viertel Jahr vergangen/ sich nicht verheyrathen noch auch die Superintendenten/ Inspectores, uñ Kirchendiener dieselbe vor solcher Zeit aufbieten sol bey vermeidung wilkührlicher Bestraffung Tandem VIII. qværitur An non pastor peregrinos & pergere adventantes proclamare & copulare possit? Puto qvod non; Cum hi sint extra ipsius parochiam, & exin sæpius multa seqvantur inconvenientia, unde in Constitutione Saxonica expresse prohibitum 88

In der Ehe-Ordnung tit. von Copulation und Hochzeiten h. v.

kein Pfarrer sol auch einige fremde Leuthe/ so nicht in seine Pfarr gehörig/ copuliren, oder zusammen geben/ in Ansehung/ daß viel und offtmals allerley Unrichtigkeit hieraus erfolget. 90 Cui ad stipulatur Constitutio Anhaltina 91

Landes-Ordnung tit. 6. §. Was fremde und unbekante Personen betrifft/ sollen die Superintendenten Inspectores und Pfarrer dieselben nicht aufbieten/ weniger zusammen trauen/ ehe und zuvor sie ihres herkommens Wesens und ehrlichen Wandels gnugsamen Schein und Beweiß fürbringen/ oder sonsten nach gestalten Sachen mit gewissen Bürgschaften versicherung thun/ denn es sich offt zutraget/ daß solche unbekante Personen anderer Oerther albereit ehelich und verbunden/ dadurch hernach allerley Weiterung verursachet wird: Sin secus faciat, pœna vel pecuniaria, vel suspensionis, dignus 92 erit

Dedeken. Conſ. Theolog. p. p. 3. lib. 2. de Sponſal. ſect. 1. n. 41.
Müller d. diſſert. ſect. 2. §. 2.

93 Nec ipſi patrocinabitur 1. favor matrimonii, & qvod 2. officium ſu-
94 um recuſare non poſſit imploratus Nam ℞ ad 1. qvod favor qvidem attendatur in jam junctis, ſed non jungendis; Hic enim adhuc qvæſtio eſt dubia, an ſint jungendi

Tabor in Barboſ. lib. 11. cap. 12. ax. 2.

ad 2. ℞ qvod imploratio officii non ſit legitime facta, unde recte recuſabit

Müller d. l.

Et hæcce de interpellatione improprie ſic dicta dixiſſe ſufficiant.
95 Pervenio nunc ad interpellationem proprie ſic dictam, qvæ fit inter
96 competitores, ubi 1. qværitur, An interveniens interpellando poſſit impedire ulteriorem proclamationem, ſi dicat ſponſum vel ſponſam ſecum priora contraxiſſe ſponſalia? Diſtinguendum erit, an
97 interpellans priora an poſteriora, an publica an clandeſtina prætendat: Si intervenienris ſponſalia fuerint priora & publica, tunc interpellatio erit juſta: Sin fuerint clandeſtina, erunt injuſta

Carpz. lib. 2. Conſ. def. 67.
Stryk. diſſert. de concurſu Sponſaliorum cap. 3. n. 3.

98 Et illo caſu qvidem, ſed non hoc, impedimento erit ulteriori procla-
99 mationi. Cum lippis & tonſoribus notum ſit, qvod publica priora præferantur poſterioribus, tam clandeſtinis, qvàm publicis. Siqvidem hic non tansum circumſtantia temporis, an ſint priora vel
100 Poſteriora, ſed & modus contrahendi, an Sponſalia ſint publica an privata, veniunt conſideranda

Carpz. d. l.
Struv. in Jprud. lib. 1. tit. 6. §. 3.

101 Qvibus non obſtat, qvod qvi prior tempore, potior ſit jure

c. qvi prior. 54. de Reg. Jur. in 6.

102 Nam hæc regula tantum procedit, qvando pares ſunt in cauſa, alias ſecus

Tabor in Barboſ. lib. 14. cap. 81. ax 2.

103 Hic autem Sponſalia publica & clandeſtina diſparis ſunt conditio-

nis

nis, cum illa sint obligatoria & valida; Hæc non æqve

Carpz. d. def. 67. n. 11.

Struv d. l.

Unde JCti regulam constituunt: qvoties Sponsalia publica & clan- 104
destina concurrunt, toties illa præferenda, etiam si hæc priora sint

c. 2. x. de clandest. Sponsal.

Contra contractum enim clam initum militat præsumtio fraudis & 105
doli, qvi illam annihilat

Cravett. Cons. 129. n. 11.

Ergo nihil impedimento est, qvo minus posteriora publica præferantur

Carpz. d. l.

Illustrat hoc seqvens rescriptum: So ist er seinen erbieten mit Kla- 106
gers Tochter die Ehe förderlichst zu vollenziehen schuldig/ und wird dieses offentliche dem mit der Intervenientin heimlich gehaltenen Verlöbniß billig vorgezogen V. R. W.

Carpzov. d. l. n. 16.

Hic autem & notandum, qvod interveniens non tantum interpellare, sed & hoc tempestive facere debeat, scilicet ante trinam proclamationem. Nam si trina proclamatio jam rite facta, impeditus matrimonium non amplius auditur: Licet enim benedictio nondum sit secuta, tamen ipsi omnis audientia denegatur, propterea qvod trinæ proclamationes habeant vim peremtoriæ citationis, & experientia teste sub pœna perpetui silentii emanare soleant,

Supr. h. m. n. 8. 9.

qvod tamen limitandum, si interpellans proclamationem ignoraverit & juret, se de novo demum didicisse, & se non malitiose opponere

Blarer. ad L. diffamari. 4. C. de
Ingen. manumiss. cap. 2. n. 23.
Berlich. part. 1. de cis. 76. n. 2. 3. 4.

Hanc sententiam egregie illustrat seqvens præjudicium Habt ihr euch mit C. M. mit derselben Eltern Wissen und Willen verlobet/und Christlichen Gebrauch nach zu dreyen unterschiedenen mahlen in der Kirchen öffentlich aufbieten lassen / und es hat sich nach beschehenen

drit-

dritten Aufgebot/ als ihr euch mit gedachter C.M. von dem Priester in öffentlicher Versamlung trauen lassen wollen H. H. angegeben und bey eurer Braut einen Einspruch thun wollen / so ist er damit nicht zu hören/ er wolte denn schwehren/ daß er von solchen aufgebothen nichts gewust/ in solchen Fall wird er billig zugelassen V. R. W.

Berlich. d. l. n. ult. & ex eo D. König in dissertat Inaugur. de Officio Mariti erga suam uxorem cap. I. §. 10.

107 Exin II. qværitur, An parentes nomine filiæ potius jus sponsaliorum prætendentis, possint interpellare ulteriori proclamationi, si forsitam ipsa filia ægrotet? Aff. patet ex jam relato rescripto, qvia pa-
108 ter & filia in jure pro una eademqve persona habentur

L. ult C. de impub. & aliis Snbstitut.

109 Potestqve pater sine mandato agere, maxime in casu præsenti, qvo injuria filiæ illata daß er seine Tochter anfgeführet/ mediatè redundat ad parentes

§. 2. I. *de Jnjur.*

101 Obst. qvod causa matrimonialis videatur esse personalissima ℞ hoc
111 verum qvoad conjungendos, qvod præter Sponsum & Sponsam alii non sint jungendi; Sed non qvoad directionem processus, cum & procurator respectu acticis intervenire possit prout responsum fuit à Facultate Juridica Helmstadiensi in causa H. H. contra M. E. S. das Beklagtin vor dem Consistorio in person zu erscheinen nicht schuldig / sondern wenn sie an ihre stat einen guugsamen gevollmachtigten darstellen wird / sie dem an 30. Jun. dieses annoch scheinenden 1676. Jahres eröffneten decreto ein Gnügen gethan

public. 9. Novembr. 1679.

Decanus Senior Und andere Doctores der Juristen Facultät zu Helmstet

Fürstl. Qvedlinb. Consirium

Rationes decidendi

1. Findet sich in gegenwärtigen Casu keine gultige Ursache/ warumb ℞ für den Consistorio in eigener Person zu erscheinen anzuhalten sey/ in Betrachtung/ was sie sonsten auf den veeleugnungs Fall de non facta

&ta desponsatione coram Consistorio bekennen solte / sie albereit in actis gestanden / daß sie nemlich / klägern das Jawort gegeben / und von ihm die arrham angenommen habe / wenn gleich 2. Die Matrimonial Sachen denen Criminalibus æqviphariret, und des beklagten persönliche Gegenwart erfodert wird / solches alsdenn stat findet / wenn man ohne dessen Person und aussage weiter nicht kommen / noch das judicium recht supstantiiret werden kan / dieses aber 3. alhier nicht nötig ist / zumaln aus beklagtin geständnis man schon zu ein mehres und weiteres schreiten kan / dannenhero 4. gnug seyn wird / weñ sie an ihrer stat einen gnugsamen Gevollmachtigten stellen / und ihre nothurfft durch denselben verhandeln lassen wird / gestalt denn auch 5. das Consistorium selbst in der an 9. Jun. 1676. an Beklagtin abgelassenen Citation ihr verwiesen / daß sie nicht einmal durch einen gnuksamen gevollmachtigten erschienen sey / und also selbst davor gehalten / wenn sie per Mandatarium erschienen wehre / sie nicht pro Contumace zu halten gewesen / woraus 6. Es von sich selbst giebt / daß wenn sie werde durch einen gnugsamen gevollmächtigten sich stellen / den in dem Urthel angezogenen decreto ein Genügen gethan haben werde

Helmstadienses.

Adde tamen martin. Comment. for. tit. 4. §. 1. n. 214. ubi Carpzov. Ayrer. Brunneman. & aliot allegat dissentientes.

Q. III. An interpellatio sit justa, si forte fœmina qvædam, sive sit virgo sive vidua, dicat, se à Sponso esse imprægnatam? Puto distinguendum esse, an imprægnatio facta sit sub promissione matrimonii, vel sine præcedente ejusdem promissione 112 113

Bardil. diss. de satisfact. stuprata part. 1. cap. 1. n. ult.

Illo casu interpellatio erit justa, eum puella sub spe promissi matrimonii decepta, in concubitum consensit; Et stuprator stupratam ducere præcise cogitur 114 115

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 68. n. 91. & lib. 2. Cons. def. 228. n. 8.

Siqvidem hoc casu stuprator, an ducere, an dotare velit, arbitrium amittit 116

Capzov. d. l.

Bardil. d. l. part. 2. n. 3.

117 Qvod si renuat, carcere & aliis legitimis mediis ad hoc compelli poterit

Carpzov. Bardil. d. l.

118 Si vero sine promissione matrimonii qvis imprægnaverit fœminam, interpellatio erit injusta, qvia ex generali consvetudine pas-
119 sim in arbitrio stupratoris positum est, utrum stupratam dotare an in uxorem ducere velit

Bardil. part 1. cap. 2. n. 21.

120 Nec magistratus eundem ad ducendum cogere poterit

Bardil. d. l.

121 qvi dicit hanc sententiam esse communem. Hoc ergo casu ulterior proclamatio interpellando differri & impediri non poterit: Tenebitur tamen stupratam dotare, infanti alimenta præstare, & se submittere, pœnæ tam temporali, qvàm Ecclesiasticæ

Muller. diss. de pœnitent. Ecclesiast. cap. 6. n. 47.

122 Et ex hac præmissa distinctione etiam decidi poterit qvæstio IV. An ancilla vel famula, qvam Nobilis stupravit, qvi postmodum aliam suæ conditionis Virginem qværit, possit interpellare? Puto qvod
123 non, nisi præcesserit promissio Matrimonii: Qva facta omnino tenebitur consumare sponsalia, & ipsum non excusabit Nobilitas vel status ancillaris, non tam enim ad hanc, qvàm ad promissionem matrimonii est respiciendum, cum fœmina plebeja nubens Nobili Viro, fiat Nobilis, ac pro fœmina Nobili habeatur,

Carpzov. lib. 2. Cons. def. 11. n. 3. ubi

Alciat. Tiraqvell. Sixtin. Reinking. & alios allegat consentientes.

Nec cum viro Nobili mitius agendum

Carpz. pr. Crim. qvæst. 82. n. 62. seqq.

cum reatus ex cludat omnem dignitatem

L. 1. C. ubi Senat. vel clarissimi.

Wesemb. in Parat. de qvæstion. n. 10. sub fin.

Matrimonio autem non promisso, alia erit qvæstio, an non ipsi defloratæ competat actio pro dote

Carpz. pr. Crim qvæst. 68 n. 60.

Bardil. d. l. m. 3. n. 29.

124 Q. V. An tertius interveniens e. g. Corrivalis possit impedire ulterio-

riorem, proclamationem si asserat, se carnaliter cognovisse Spon- 125
sam? Neg. videtur enim hæc interpellatio & assertio esse suspecta
& facta ab eo, qvi Sponsæ est inimicus capitalis, à qvo omne malum
est expectandum

Tabor in Barbos. lib. 9. cap. 59. ax. 2.

Unde talis & à testimonio repellitur

Farinac. d. testibus qvæst. 53. n. 3. seq.

eamqve odit, qvod recusaverit cum ipso inire matrimonium, & sic
repulsam tulerit, ex qvo orta est inimicitia capitalis 126

Hoppe differt. de Inimicit. Capitat. §. 44.

insimulqve propriam allegat turpitudinem

Brunnem. ad l. 30. C. de transact. n. ult.

Unde & negativam accurate defendit

Mevius Cons. 85.

Interveniens enim ex suo vitio jus habere neqvit, magisqve faven- 127
dum erit secundo Sponso, qvi publica sponsalia contraxit

Mevius d. l. n. ult.

Nec ipsi patrocinabitur Sacra Scriptura 128

Exod 22. v. 16. 17.

Deut. 22. v. 29.

Cum loqvatur de fœmina deflorata, non vero de Masculo defloran- 129
te. Illi enim propter sexus fragilitatem & honoris conservationem
ex copula carnali competit actio, sed non huic.

Mevius d. l. in princ. & n. 28. seqq.

Insimulqve fœminæ contra interpellantem, & ejusmodi Thrasoni- 130
ca verba jactantem, & gloriantem dabitur actio injuriarum

Speckhan. cent. 2. class. 3. qvæst. 9.

Johan à Sande lib. 5. def. 8. def. 5.

Gail. 2. Obs. 99.

Carpz. part. 4. Const. 45. def. 2. & pr. Crim. qvæst. 96. n. 43.

& præterea ex Officio à judice erit puniendus

Bardil. d. l. cap. 3. membr. 2. n. 11. 12.

Idem etiam in fœminis adversus Juvenes aut Maritos ejusmodi dif- 131
famationem proferentibus ob rationis identitatem statuendum e-
rit *Carpzov. d. qvæst. 96. n. 50.*

132 & ex adductis præjudiciis ostendit, diffamantibus modo pœnam relegationis, modo mulitæ pecuniariæ esse indictam

Carpz. n. 51, 52.

133 Nec obst. qvod hoc fieri possit ex inani jactantia, & hinc ob lubricum lingvæ non facile qvis pœna sit afficiendus

L. famosi 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majestat.

L. un. C. si qvis Imper. maledix.

134 R factum hoc nullatenus extenuandum, sed omnino severe vindicandum, cum sit notorium in tota Ecclesia. Qvare & Sereniss. Elect. Saxon. constituit

part. 4. Cnost. 45.

135 Dieweil denn solches eine gantz beschwerliche diffamation ist/ dadurch Frauen und Jungfrauen an Ehren böslich verletzet werden/so ordnen und setzen wir/ daß ein solcher Verbrecher und Verleumder neben den Wiederruf/ so Er den part thun sol/ mit wilkürlichen Straffen/ als Gefängnis/ zeitlicher oder ewiger Landes-Verweisung samt Staupenschlägen nach gelegenheit der Umbstande beleget/ Und gestraffet werden soll. Juxta qvam & Sabini Lipsenses pronunciarunt: So ist bemelter H. R. ermelter Witben vor Gerichte einen öffentlichen Wiederruf zu thun schuldig/und mag hierüber des Landes auf 3. Jahr lang verwiesen werden V. R. W.

Carpzov. d. qvæst. 96. n. 47. 48.

136 Q. VI. An Sponsus vel Sponsa possit recusare ulteriorem proclamationem usqve dum persona diffamata se purgaverit à diffamatione intervenientis? Puto qvod sic: Alias enim periclitarentur de matrimonio iterum non sine dedecore dissolvendo; Attamen sub se-

137 qventi distinctione: An diffamatio fiat Sponso à fœmina, qvæ ipsum diffamat, qvod eam defloraverit, & qvidem vel sine promissione, vel cum promissione matrimonii: Et tunc illo casu proclamatio non erit differenda, qvia se ab obligatione liberare poterit solvendo dotem, ut dictum

qvæst. 3.

138 modo Sponsa consentiat, & condonet Sponso. Hoc vero intervenientis & diffamantis causa melior erit, qvam Sponsæ proclamatæ,

cum

cum ipsius promissio matrimonii fuerit prior, qvæ propter copulam carnalem transiit in Sponsalia publica

Nicol. Resol. 5. n. 32.
Carpzov. lib. 2. Cons. def. 36. n. 6. seqq. ubi
Cypr, Harprecht. Schneidvv. Beust. & alios
allegat consentientes.

Si autem diffamatio facta Sponsæ de facta de virginatione & impræ- 139
gnatione omnino ulterior proclamatio differenda erit, usqve dum
Sponsa se à diffamatione purgaverit. Non enim tenetur Sponsus 140
corruptam & gravidam pro virgine acceptare, vel etiam Subsecuta
benedictione Sacerdotali retinere, qvod proverbialiter nostri ex-
primunt Er ist nicht schuldig die Kuhe mit denn Kalbe zu nehmen und
zu behalten

Finckelthaus Obs. 30.
Carpzov. part. 4. Const. 20. def. 12. & part. 2. qvæst. 63. n. 53.
& lib. 2. Cons. def. 193.
Richter decis. 30.
Nicol. de divort. cap. 3. n. 44.

qvam sententiam Dd. esse communem, & in praxi & Consist oriis
Ecclesiasticis receptam statuit

Esbach. in not. ad Carpzov. part. 4. Const. 20. def. 12. pluresqve
allegat consentientes.

Sed his obstare videtur, qvod Sponsa non possit recusare sponsum 141
ex hac ratione, qvod ante Sponsalia scortationibus & fœdis libidi-
nibus se maculaverit

Theodor. Colleg. Crim. cap. 6. §. 2. n. 28. p. 727.
Carpz. part. 4. Const. 20. def. 13.

Unde ex natura Correlatorum videtur concludi posse, qvod nec 142
Sponsus poterit recusare Sponsam, qvatenus cum aliis familialiter
est conversata. R. Qvod adhuc sub judice lis sit, an non Sponsæ 143
ob fornicationes Sponsi ante Sponsalia peractas possit Sponso re-
pudium mittere? Affirmativam enim defendunt

Carpzov. Cons. lib. 2. def. 188.
Nicol. de repud. cap. 2. n. 65.
Brunnemann. in Jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 17. §. 25. ibiq; Stryk.

Nevius in Æqvilibrio observando in judicand. & decid. fact. hum. §. 43.

Meerbach. dissert. Inaugur. de jur. divort. cap. 4. n. 30.

& ad minimum videntur Collegia Juridica hac in re discrepare.

144 Insimulqve argumentum à correlatis sumtum non procedit qvando in uno Correlatorum magna datur disparitas

Tabor. in Barbos. lib. 3. cap. 70. ax. un. lim. 2.

Sponsa enim promittet, virginitatem verbis, ingressu & factis,

145 qvam Sponsus promittere non cogitur. 2. ipsa natura formavit in virginibus signum & indicium virginitatis, qvod est hymen, qvod in masculis non reperitur. 3. Masculus non imprægnatur ex concubitu, ut virgo, & hinc nec ibidem fit insitio alienæ stirpis, ut hic

Carpzov. d. def. 13.

146 Magis ergo hic favendum erit masculis, repudium mittentibus, qvam fœminis Sponsis. Ad repudium autem non erit nimium properandum, cum aliud sit diffamatio, aliud ipsum stuprum; sed

147 prius defloratio & imprægnatio veniet probanda: qvod qvomodo fiat, remissive tractat

Nicol. de divort. part. 2. cap. 3. n. 46.

148 Insimulqve inqvirendum, an sponsus stupri gnarus ab ea abstinuerit, aut eam ut Maritus postmodum cognoverit; Cum posteriori casu injuriam tacite remisisse credatur, & hinc eam amplius repudiare non possit.

Nicol. d. l. n. 48. & 51.

149 Q. VII. An non facta interpellatione Sponsus vel sponsa præstita cautione impetrare possint continuationem ulterioris proclama-

150 tionis? Videtur qvod sic, cum cautio in arrestò & seqvestratione

Carpzov. part. 1. Const. 30. def. 59.

78 & in novi operis nunciatione

Struv. in Jpr. lib. 3. tit. 37. §. 26.

& in genere locum habeat: Cautio enim est ordinaria arresti medicina

Mevius part. 3. decis. 55. n. 5.

151 Sed hoc verum in causa debiti & civili, ut creditor reddatur secu-

rus

rus pro impetrando credito, & avertendo damno; ſed in cauſa matrimoniali locum non habet, cum interveniens neqve per fidejuſſores, neqve per pignora poſſit redoi ſecurus. Conſummato enim matrimonio res in integrum ſtatum reduci, & ex uxore virgo fieri nullo modo poteſt. 152

Müller diſſert. de Benedict. Sacerdot. ſect. 4. §. 1. ſub fin.

Qvod ſi vero ſponſus probet, interpellantem dixiſſe, qvod animo 153
ſponſum vexandi interpellare velit, vel in termino juſtificandæ interpellationis emanſerit, continuatio proclamationis fieri poterit etiam ſine præſtita cautione. Attamen tunc interpellans hoc 153
non feret impune. Q. VIII. An fœmina interpellando impedire poſſit ulteriorem proclamationem, prætendens, Sponſum ipſi matrimonium promiſiſſe, cum ipſius uxor adhuc eſſet in vivis, & 154
hinc ipſius Sponſalia ſint priora poſterioribus? Puto qvod non. Sunt enim ſine ullo juris effectu: Cum ſint contra bonos mores, 155
contra honeſtatem, & contra Jus Canonicum

Cap. ſuper hoc 3. & cap. ſignificaſti, 6. X. de eo, qvi duxit in uxor, qvam polluit adulterio.

qvam ſententiam approbant Jcti

Carpz. part. 4. Conſt. 20. def. 16. n. 12. & lib. 2. Conſ. def. 15. qvi plures allegat.

Nec obſtat 1. qvod promiſſa ſint ſervanda, nihilqve æqvitati na- 156
turali tam congruum ſit, qvam ea, qvæ inter eos placuerunt, ſervare.

L. 1. ff. de part.

cum grave ſit fidem fallere

L. 1. ff. de Conſtit. pecun.

2. qvod ſponſus eam ducere poſſit, ſi velit 157

Carpzov. d. def. 16.

3. qvod interpellantis Sponſalia ſint priora, utpote vivente adhuc 158
uxore contracta. Nam R. ad 1. qvod pacta ſint ſervanda ſub limit. 159
niſi juri ſint contraria, & turpitudinem in ſe contineant

Tabor. in Barboſ. locuplet. lib. 14. cap. 95. ax. 7.

qvalia ſunt hæc, ut ſupra dictum. Ad 2. R. qvod ſit ipſius liberæ vo- 160
luntatis, non neceſſitatis.

L. ab

L. ab initio. 5. C. de Obligat. & act.

Poteſt itaqve ipſam ducere, Si vult, at non poteſt cogi, maxime ſi melior matrimonii offeratur conditio, vel interpellatus cum alia
161 publica & licita contraxerit ſponſalia. Ad 3. & qvod non tam ſit reſpiciendum ad prioritatem, qvàm an non concurrant publica Sponſalia & licita, qvæ ſemper præferuntur clandeſtinis

Carpzov. lib. 2. Conſ. def. 67.

& hinc interpellans minime erit audienda, nec proclamatio diffe-
192 renda. Q. IX. An non ſi duo parentes habeant liberos, & qvidem alter filium, alter filiam, ſed adhuc jacentes in cunabulis, qvi paciſcuntur inter ſe invicem, qvod hi duo liberi nulli alii, ſed tantum ſibi invicem ſint jungendi Matrimonio Sie ſollen einander auch von der Wiegen an ehelich verbunden ſeyn / poſtmodum autem virgo vel filia nubilis alii nubat, alterius filius interpellando poſſit im-
163 pedire proclamationem. Puto qvod non: per tetum expreſſum

c. un. cauſ. 30. qvæſt. 2.

ubi hæc reperiuntur verba: Qvi liberis dant puellas in cunabulis & è converſo, nihil faciunt, niſi uterqve puerorum poſtqvam ve-
164 nerit ad annos diſcretionis conſentiat. Videtur enim qvod inter parentes utrosqve actum, magis jocoſe, qvam ſerio eſſe factum

Stryk. vol. 1. diſp. 21. de jure Sponſi & Sponſæ cap. 2. n. 25.

165 cum ad nuptias non tantum conſenſus parentum, ſed & nupturi-
166 entium, & qvidem liber, poſtqvam venerint ad annos diſcretionis, ut dictum, reqviratur. Nam liberi non obligantur ex Sponſalibus à parentibus ipſorum nomine contractis, ſi ipſimet non conſenſerint

Carpzov. lib. 2. Conſ. def.

167 Imo de hocce caſu JCti ita loqvuntur: Laterem lavant, nihilqve prorſus agunt parentes, qvi pueris ſeu filiolis ſuis dant puellas in cunabulis vel his illos, niſi ipſi poſtmodum, cum venerint ad annos diſcretionis conſentiant

Carpzov. d. l. n. 11.

Harprecht in rubr. Inſt. tit. de Nuptiis num. 8. ubi Cujac. Bocer.

Cu-

Cubach. Cypr. Arniſ. Hunn. & alios allegat honſentientes.

Si ergo nulla ſunt hæc ſponſalia, non operabuntur effectum juris, 168
neqve in genere, neqve in ſpecie, qvoad interpellationem proclamationis. Sed qværitur X. An ob injuſtam interpellationem qvis 169
poſſit injuriarum conveniri? Affirm. datur enim actio injuriarum ob injuſtam pignorationem

Mevius part. 2. deciſ. 331.

& per impetrationem injuſti arreſti,

Peckius de Jur. Siſtend. cap. 45. n. 3.

ut &, ſi qvis non debitorem, qvaſi debitorem, appellat

Berlich. part. 5. Concl. 59. n. 37.

vel aliqvem diffamavit de paupertate, qvi eſt dives

Berlich. d. l. n. 39.

& in genere ob qvodvis factum injurioſum, qvod infamandi alicu- 176
jus cauſa in ejus ignominiam factum eſt.

Meier in Colleg. Arg lit. de Injur. §. II. n. 1.

Qvæ omnia ſuperat injuſta interpellatio, tum qvod hæc injuria in 177
toto Eccleſiæ cœtu innoteſcat, & ſic ſit publica, tum qvod inter nupturientes eorundemqve cognatos interrumpat gaudium nuptiale, tum qvod ex levitate, & doloſo injuriandi animo, & ex proæreſi hæc injuria fiat. Obſtare qvidem videtur, qvod qvivis per pro- 178
clamata publica incitatus & qvaſi coactus fuerit ad interpel- 179
lationem, qvo caſu ceſſabit injuria &c. hoc tantum obtinebit, ſi juſta interpellandi cauſa ſubſit, ſine qva interpellatio eſt, manetqve injurioſa, ob qvam interpellans non poteſt effugere actionem injuriarum, ſed tenebitur ad palinodiam & revocationem injuriæ, qvam per injuſtam interpellationem intulit, ad pœnam, & omnia qvæ actionem injuriarum inſeqvuntur. Et ſic ex præcedentibus qvæſtionibus conſtabit, qvando interpellatio ulteriorem proclamationem impediat. Sed anreqvam hoc membrum finiam, lubet paucis annectere affinia, qvatenus Sponſus Sponſave 180
conſummationem matrimonii recuſare poſſunt, nempe ſi inter Sponſalia & ante nuptias caſus interveniat, qvi præſagiat triſtem matrimonii eventum, vel qvi ſi præceſſiſſet, non fuiſſent contracta 181
Sponſalia

Trevisan. de Sponsal. tit. qvib. mod. toll. sponsal. n. 10.

182 Tales casus accidere possunt, tum in bonis animi, tum in bonis corporis, tum in bonis fortunæ

Nicol. de Repud. cap. 2. n. 13.

183 Et qvidem in bonis animi 1. Si sponsus fiat furiosus, non attento, an furor sit perpetuus, an habeat intervalla, ob periculum reincidentiæ

Carpzov. lib. 2. *Cons. def.* 182.
Nicol. d. l. n. 27. *allegans Zacchiam*
Cypr. Brouwer.

1842. Si inimicitiæ capitales inter Sponsos superveniant

Carpzov. lib. 2. *Cons. def.* 176.
Nicol. d. l. n. 15.

185 3. Si sponsus orthodoxus fiat hæreticus, & in tota religione dissentiat à Christianis

Nicol d. l. n. 69.

186 Porro tales casus accidere possunt in bonis corporis 1. ob fornicationem Sponsæ supervenientem

Nicol. d l. n. 47.

Etsi stuprum sit violentum

Nicol. n. 52.
eod. membr. 1. *n.* 70.

187 2. ob morbum, 1. si Sponsus ad coitum reddatur ineptus

Nic. n. 99.

2. Si fiat contagiosus

Nicol. n. 110.

1883. Ob vitia corporis externa 1. qvæ hominem ad expedienda negotia minus habilem reddunt, ut si fiat claudus, surdus, cœcus, aut alteram manum, vel pedem amiserit

2. Qvæ fœde hominem deturpant, ut si facta fuerit nasi labiorumve abscissio

Nicol. d. l.

1903. Si Sponsæ facies deformetur, ut si ex variolis wenn ihr das Gesichte durch die Bocken verderbet wird / vel ferro vel igne dehonestetur

Sanchez de Matrimon. lib. 1. *disp.* 57 *n.* 4.

Tre-

Trevisan. d. l. n. 10.
Zacchias Quæst. Medico. legal. tit. 10. *quæst.* 5. *n.* 24.
Diss. Nicol. d. l. n. 130.

Exemplum, ubi Sponsæ faciem ob fidem ruptam Sponsus mediante 191
novacula corrupit, legi potest in
Harßdörffers jämmerlichen Mordgeschichten *histor.* 12. *sub. rubrica* die Schrammmen
Tandem recusatio fieri potest ob immutationem status,& fortunæ: 192
Et qvidem ratione status, si post Sponsalia crimen aliqvod atrocius 193
& capitale e. g. homicidium
Nicol. d. l. n. 136.
furtum
Nicol. n. 143.
Sponsus committat, vel innotescat, maximè si ob hoc delictum in exilium mittatur
Nicol n. 134.
2. Si fiat jactura bonorum, wenn der Brautigam Banckeroth spielet 194
und fallit wird
Nicol. n. 161.

Qvi JCtus, qvæ hic paucis tractavi, pluribus exponit. Adjectis autem his affinium loco membrum II. finio.

MEMBRUM III.

DE INJURIIS,

Qvæ novis Nuptis per ligationes Magicas, vulgo Durch das Nestel knüpffen inferri solent.

SUMMARIA.

Ligationum Magicarum varia sunt species 1,
Furum & latronum Mercatorum

Navium
Moleadinorum
Ignis 4.
Canum
Avium
Ferarum
Corporum
Bombardarum 2.
An Magi possint tempestates excitare, & removere 5.
Grandines procurare,
hominibus & pecudibus nocere, aut occidere
Per aerem ad Conventus publicos convolare
cum Daemonibus concumbere 6.
Das Nestelknüpffen *annumeratur ligationibus Magicis.* 7.
Q. I. An hæ ligationes revera fiant in novis nuptis 8.
Non sunt meræ illusiones Satanæ, 10.
Verba & ligulæ Magorum non faciunt ad rem, sed Diabolus perficit maleficium 12.
Q. II. An hæ ligationes Magicæ fiant naturaliter, an supernaturaliter 13.
Naturaliter non
sed supernaturaliter
non à Deo,
non bonis,
sed Ab Angelis
sed malis
14. 15.
Magi sunt causa instrumentalis, sed Principalis est Satana. 16.
Ligatio fit inter benedictionem Sacerdotis 17. *vel per nodationem ligulæ vel observationem seræ pensilis.* 18. 9.
Ligatio Magica ad occultas qualitates non est referenda 20. *& quare* 22.
Lapidum & herbarum quidem aliqua virtus est, sed non verbis, characteribus &c. 24.
Potestas Diaboli est sub potestate 25.
Satanas est velut lictor & carnifex Dei 26.
Jehova propter hominum peccata permittit hæc fascina 27.
Diabolus se etiam sistit in templo. 28.
Q. III. Quare hæ ligationes fiant? 30.
Causa
Ex parte Diaboli est
Odium Vaticanum ergagenos humanum
Solutio vinculi maritalis
ex parte Veneficæ
instinctus Diaboli
Invidia
lascivia
Studium vindictæ 31.
Q. IV. An hæc ligatio etiam fieri possit clericis nuptias celebrantibus A. 32
Q. V. Quamdiu duret hæc ligatio 36.
Est vel temporaria, vel perpetua.

Q. VI.

Q. VI. *An novis Nuptis permittendum, ut antequam fiat benedictio Sacerdotalis, anticipent concubitum.* 40.

Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

An Lothi factum prostituere volentis filias, sit approbandum. 42. 44.

Quatenus stratagemata sint licita 45.

Q. VII. *An hæc artibus Magicis procurata impotentia possit arte Medica curari. N.* 47.

Medicus tantum curat morbos naturales, non supernaturales. 48.

Uti ædificia fulgure incensa aqua infusa extingui non possunt, ita nec possunt curari morbi Magici 51.

Q. VIII. *An Christianus salva conscientia pro recuperanda coeundi potentia possit consulere Magos. N* 52.

Diabolus sanando corpus, occidit vel ladit animam. 55.

Christiano tutius est millies mori, quam per peccatum operâ Diaboli sanari. 56.

Artes Magicæ neque ad bonum finem sunt licitæ 61.

Magi ore blasphemo utuntur, vel potius abutuntur, Domini nomine 62.

Q. IX. *Quomodo puniendi, qui pro removendo hoc impedimento coëundi Magos consuluut.* 63.

Arbitrarie puniuntur 64. *quanquam qui sunt in Officio publico, etiam possint deponi* 64. *Insimul pœna Ecclesiastica dictari solet* 65.

nec ita duplici pœna afficiuntur 68.

Sine præscitu Consistorii pœnitentiæ Ecclesiastica dictari non potest 69.

Q. X. *Unde indagabitur, quis sit autor hujus ligationis Magicæ* 70.

Cum sit difficilis probationis, recurrendum erit ad præsumtiones & indicia 73.

quæ vel antecedentia 73. *vel concurrentia, vel subsequentia, Et quæ talia.* 74. 75. 76. 77.

Q. XI. *Quomodo probabitur, Sponso potentiam coeundi artibus Magicis esse ademtam.* 80.

Multum tribuo Judicio Medicorum.

& obstetricum 80.

Congressus tamen præsentibus Matronis, Medicis & judice non requiritur 81.

Membrum virile non potest auferri, bene tamen potentia coeundi. 86.

Deus Diabolo vix plus in aliis, quàm genitalibus membris permittit. 87

Q. XII. *An pro magis sint habendi,*

qvi hisce artibus ad causandam novis nuptis impotentiam utuntur? N. 88.

Pueri. & Magiæ ignari, has ligulas nodare possunt. 89.

Ligula & verba nihil faciunt ad rem 90. Sed Diabolus hoc malum perficit,

attamen est primus gradus, & initium ad veneficium 91.

Q. XIII. *An ligans vinculis, carceribus, & verberibus posit cogi, ut solvat ligulam. N. 93.*

Q. XIV. *An Maritus occidens ligantem ordinariâ homicidii pœna sit plectendus. N. 97.*

Qvæ mala inferat hæc ligatio? 98.

Homicidium, qvod non est dolosum, sed culposum, non est capitale 100.

Q. XV. *An filius, qvi patri ad secunda vota transeunti, magice tales nodat ligulas, detecto hoc maleficio possit exheredari? Aff. 101.*

Infert n. manus patri, si non immediate, tamen mediate sc. ope & auxilio Diaboli, qvod patri potest esse funestum

Nihil tam sanctum, qvod non aliqvando violet audacia. 104.

An exheredatio fieri possit ob similes & aqve graves causas? 105.

Q. XVI. *An uxor durante nodatione adulterans, ordinaria adulterii pœna sit plectenda N. 106.*

Maritus retinens adulteram, non committit lenocinium. 109.

Q. XVII. *An ob hanc Magicam nodationem, & ademtam coeundi potentiam matrimonium possit dissolvi Dist. 110.*

An impotentia præcesserit, an secuta 111.

Fortuitorum casuum Conjuges sunt participes. 112.

Explicatur regula, qvod nuptias non concubitus, sed consensus faciat. 114.

An hæc fœmina ob Mariti impotentiam dissolutionem Matrimonii impetrans, possit coronam gestare, & in habitu Virginali incedere 118.

Licet naturaliter sit virgo, civiliter tamen, & per fictionem juris pro tali non habetur. 119.

An ad alia vota possit transire? Aff. 123. qvia prima erant nulla 124.

Q. XVIII. *Qvam diu sana & potens expectare debeat, ut hanc matrimonii dissolutionem cum effectu petere possit? 125.*

dist. an impotentia sit certa, an dubia. 126.

Q. XIX. *Qvænam pœna sit eorum, qvi novis Conjugibus, mediis Magicis & superstitiosis potentiam coeundi adimunt. Dist. 127.*

Ex eventu & exitu apparet, qvod Strigum actiones non sint mere phantastica 132. Sed & ha Sagis recte

recte imputantur, & quare 133.
Magus confessus recte condemnatur, nec executio pœna impedienda 135.
In delictis occultis, præsumtiva & Conjecturata probatio pro plena & concludente habetur. 137.
Sagarum pœna est vivi comburium 139.
Nullo colore & prætextu negari potest Strigiportium, sed est realis exportatio. 141.
Pactiones Sagarum cum Diabolo sunt vel expressæ, vel tacitæ 143. 146. *& quænam sibi invicem promittant.* 143.
Interdum instrumenta conficiuntur & subscribuntur. 144.
Vere etiam cum Dæmonibus concumbunt 147. *qualemque inde percipiant Voluptatem* 148. 149.
Diabolus assumto corpore imponit Amasiis & Amatoribus. 150. *quanquam exinde nullam percipiat voluptatem.* 152.
Ligationes Magis *recte adscribuntur, & hinc promeritis pœnis afficiuntur* 152.
Extra numerum Magorum *nodantes non pœna capitali, sed fustigatione cum perpetua relegatione puniuntur* 156. *quæ tamen, si per jocum facta, mitigatur.* 156.
Q. XX. *Quænam Sponsis contra ligantes competat actio* 160.
Potest agi Civiliter. 160.
Et ligatus poterit deferre juramentum. 161.
Vel criminaliter. 162. *& tunc præsuppositis sufficientibus indiciis reus tortura subjici poterit.* 163.

Affinia hujus delicti I. Si mulierculæ juvenes, ut eorum amore potiantur, Diabolo mediante in capro vel hirco sibi advehi curant, wenn ſie die Jungen Geſellen laſſen auff dem Bocke holen 165.
Pœna est fustigatio cum perpetua relegatione. ib.
Differunt, quod in ligatis concubitus impediatur, qui hic promoveatur. 166.
II. Si concumbentes sibi invicem adhæreant 167.
III. Si Magica *arte urinam emittere impediuntur* das Harnen verſtricken oder vernageln. 168.

Unde maleficiati non tantum maxima persentiscunt tormina, sed & sæpius morte perire necesse habent. 168.

1 OBſervarunt JCti, qvod ligationum Magicarum variæ Sint ſpecies, qvarum aliqvot retulit

Beſold in Theſaur. Pract. Lit N. voc. Neſtel knüpffen

Datur enim ligatio furum & latronum ut in aliqvo loco furari non poſſint; Ligatio Mercatorum, ut in aliqvo loco emere & vendere neqveant; Ligatio Navium, ut nulla vi ventorum etiam infinitis velis per ventum tenſis portum egredi non poſſint; Ligatio ignis, ut in aliqvo loco accendi non poſſit, utut aliqvod combuſtibile appoſito etiam fortiſſimo igne non ardeat; Ligatio canum, ut latrare non poſſint; Ligatio Avium, ut volare neqveant

Beſold. d. l. ex Agrippa

2 Qvibus addi poteſt ligatio bombardarũ das Büchſen Verſprechen; Item ligatio ferarum, qvando feræ in ſylvis errantes narcotica arte indurantur, ut nullo globulorum ictu perforari, aut vulnerari, multo minus à Canibus capi poſſint, qvæ germanice inter venatores vocatur einem einen Weidemann machen

Walburger diſſert. de Lamiis qvæſt. 4. §. 8.

3 Pertinet & huc ligatio & induratio Corporum das feſte machen

Beſold. in theſaur. pract. v. feſte machen

Speidel. in Specul. Jurid. v. feſte machen

qvatenus cutem impenetrabilem gladiis, telis & pyrio pulvere reddunt, & bombardas incantant

Oſiandr. de magia §. 97. p. 220.

4 Item ſi Magicis exorciſmis, adjurationibus, & incantationibus incendia extinguuntur wenn ſie das Feuer verſprechen

Barthold diſſ. de Incendiar. famoſ. cap. 4. n. 63.

5 In qvibus omnibus non tantum multum ſuperſtitionis, ſed & Satanæ vis & opera intervenit. Elucet hoc in Strigibus & Magis, qvi teſte experientia norunt tempeſtates excitare, & removere

Goldaſtus im Rechtlichen bedencken von *Confiſcation* der Zauberer und Hexen-Güther §. 37. *Lit. F.*

Carpzov. pr. Crim. qvæſt. 48. n. 55.

Diſſent. Dedeken. vol. 2. ſect. 19. n. 12. p. 445.

grandines procurare,

Goldaſt. Carpz. d. l. diſſent Dedeken.

ho-

hominibus, pecudibusqve nocere, imo eosdem plane occidere

Carpzov. d. l. Walburg. d. l.

per aerem ad conventus publicos volitare

Goldaſt. d. l. Lit. G.
Carpzov. d. l. n. 57.
Walburger d. l. qvæſt. 5. Diſſens. Gilhauſ. in Arb: Jud. Crim. c. 2. tit. 17. n. 23. ſeqq.

remigio autem Diaboli eo transportantur. Nullo enim colore & prætextu negari poteſt illud ſtrigiportium, illa realis & localis exportatio inqvit

Oſiand. de Nagia §. 46. p. 114.

poſſunt & cum Dæmonibus concumbere 6

Goldaſt. d. l. Lit. I.
Carpzov. qvæſt. 49. n. 41.
Pott. diſſert. de nefando Lamiarum cum Diabolo coitu. cap. 1. n. 7.
Diſſent. Dedeken. d. l.

Hiſce diabolicis actionibus haud immerito annumero ligationem Magicam, qva Neonymphi ligantur, ut ad coitum conjugalem inhabiles reddantur, Germ. das Neſtel verknüpffen/ de qva multa tractant 7

Beſold. & Speidel. v. Neſtel verknüpffen.
Zacchias in qvæſtion. Medico. Legal. lib. 3. tit. 1. & lib. 9.
Gœdelman de Magis lib. 1. cap. 6. n. 18.
Cruſius de indiciis
Walburger d. q. 4. §. 4.
Carpzov. deciſ. 186.

Qvam poſtremam ligationem, utpote qvæ meo ſcopo magis inſervit, in ſeqventib⁹ qvęſtionibus examinabo. Sit ergo qvæſtio I. An hæ ligationes revera fiant in novis nuptis? Aff. Effectus enim teſtantur de ſua cauſa; alias non poſſent hujus ergo inſtitui qverelæ, & peti divortia in Conſiſtoriis. Attamen ſunt qvi putant, has ligationes eſſe meras impreſſiones, illuſiones, & imaginationes Satanæ, qvos citat 8 9 10

Speidel d. l.

Gilhauſ. in Arb. Judic. Crimin. cap. 2. tit. 17. n. 23. ſeqq.

11 Sed experientia in praxi teſtatur contrarium; qvod ſcil. ejusmodi ligationes revera ſæpe fiant permittente Deo

Speidel. d. l.

Badin. in Dæmonomania lib. 1. cap. 1.

Et ita mecum etiam ſentit

D. Johann Adam. Oſiander in tractat. Theologic. de Magia §. 97. p. 219. cujus hæc ſunt verba:

Homini animaliũ Nobiliſſimo Magi & Sagæ nocere poſſunt in conjugio ligando, ne coire poſſint, vel debitum conjugale ſibi invicem reddere, ſobolem progenerare, qvod conſtat partim experientiâ, partim ratione, partim autoritate, & qvidem permittit Deus hoc ex certis cauſis; modi etiam recenſentur, partim naturales, partim præternaturales, qvos impoſtor per Magum adhibere qveat. Vel enim odia inter conjuges ſerit, vel phantaſiam turbat, ut in compare valde odioſum qvid avertant. Vel in congreſſu alterum alteram lancinare facit, ut genitale nimis magnum, valde fœdum appareat: Vel corpora impedit, ne conjungi poſſint, nebulam, phantaſma, aliudve interjiciendo: Vel ſpiritus ad genitalia decurrere prohibet, ne ſeminis deciſio generetur: Vel ſemen exſiccat & ſubtrahit, vel alia naturalia media adhibet, qvibus Veneri impedimenta qværuntur. Hactenus Oſiander: Et Statuit Bodinus qvinqvaginta & ultra eſſe modos conjuges ligandi; & qvod verba & li-
12 gulæ, qvæ adhibent Magi, ad hanc rem nihil faciant; Sed Diabolus interea maleficium perficiat, & ſive virum ſive fœminam reddat impotentem

Bodin. d. l.

Delrio in diſqvis. Mag. lib. 3. part. 1. qvæſt. 4. ſect. 8.

13 Exin lucem accipit Q. II. An hæ ligationes Magicæ fiant naturaliter, an ſupernaturaliter? Naturaliter fieri non poſſunt, cum cauſa efficiens non ſit naturalis, neqve effectus talis. Nam nuda ligula, vel ſera, ejusqve ligatio & clauſura nihil facit ad rem, uti dictum in
14 Qvæſt. I. Proveniunt ergo hæ ligationes ex cauſa ſupernaturali, ſeu prodigioſa: Sed qvænam hæc? Ligationes non fiunt ex cauſa divi-

vi-

vina, Nam Deus procreationem Generis humani potius promovet, eidemqve benedicit,

Genes. cap. 3.

qvàm impedit: Deoqve hæ ligationes non sunt amicæ, sed invisæ, easqve in Lege sua prohibet

Osiand. d. tract. de Magia. §. 23, p. 41.

Ergo forte ex causâ Angelica? Omnino: Fiunt autem non bonorum Angelorum opera, utpote qvi custodes sunt generis humani

Psalm. 91.

Ergo malorum Angelorum ope & auxilio perficiuntur, prout hac inductione utitur

Delicto d. l. Lit. A. Osiand. d. l.

Licet enim hæc actio per hominem scilicet, vel Magum, vel superstitiosum peragatur, tamen homo tantum est instrumentum, vel causa instrumentalis, causa autem principalis est Satanas gloriæ divinæ humani generis hostis 16

Osiand. d. l. §. 22. p. 40.

cui etiam propterea adscribitur effectus. Et fit hæc ligatio, qvando malevoli homines, inter benedictionem à Sacerdote factam, ligulam certis verbis superstitiose prolatis, nectunt, ubi Dæmon interea maleficium perficit, & sive virum, sive fœminam reddit impotentem 17

Delrio d. l.

Qvanqvam non tantum per nodationem ligulæ, sed & per obserationem seræ pensilis, & multos alios modos durante benedictione Sacerdotali hæc ligatio peragi soleat 18 19

Speidel. d. l.

Carpzov. decis. 186.

Nicol. de Repud. cap. 3. n. 3

Nec est, qvod qvis dicat, hanc ligationem forte ad occultas qvalitates esse referendam, cum in verbis, herbis, & lapidibus magna insit virtus: 2. cum & potestas Diaboli sit sub potestate Dei, & 3. non conveniat Spiritui impuro comparere in templo ceu loco sacro inqve conspectu Jehovæ, ibiqve suas actiones Diabolicas exercere. Sed R. neg. qvod hæc ligatio qvalitatibus occultis possit accense- 20 21 22

ti, cum qvalitates occultæ referantur ad cauſas naturales
Sperling. in Synops. Phyſic. part. gen. cap. 3. ax. 1.
Hæc autem ligatio eſt ſupernaturalis, & Diabolica
juxt. qvæſt. preced.

23 Virtus Lapidum, & herbarum, eſt qvidem magna, attamen naturalis e. g. qvod magnes attrahat ferrum; Et acum nauticam ſua vi tactam eatenus agitet, ut illa directo Septendrionem ſpectet
Oſiand. de Magia §. 140. p. 320.
Et qvod venena ſubito, & miſere, qvam multos homines necent
Sperling. d. l.

24 verbis autem, characteribus, ceremoniis, imaginibus, & ſigillis nulla naturæ vis ſubeſt, & propterea damnantur
Sperling cap. 4. ax. 3.
Imo Theologi ſtatuunt, qvod hæc omnia ſint ſuperſtitioſa, viresqve ſuas acqvirant à Dæmonibus
Gœdelman. de Magis lib. 1. cap. 8. n. 44. 49.
Sprenger in malleo Malefic. part. 2. qvæſt. 2. cap. 6.

25 Et licet 2. poteſtas Diaboli ſit ſub poteſtate Dei, & ſic finita & limitata, alioqvin uno momento nos omnes interimeret
Gœdelm. lib. 1. cap. 1. n. 16.

26 unde nihil poteſt peragere, niſi ex juſſu & permiſſu Dei. Eſt enim Satanas, velut lictor, & carnifex Dei: Qvemadmodum enim carnifex absq; ſententia & licentia judicis, furem non ſuſpendit; Homicidam gladio non ferit; Ita Diabolus ſummæ juſtitiæ carnifex, nec pio, nec impio, absq; Dei permiſſione nocere poteſt, aut damnum inferre
Gœdelman. lib. 1. cap. 7 n. 14. Qvenſtedt. in ſyſtem Theolog. part. 4. cap. 10. De Crute §. 5.

27 attamen Jehova, etiam in hoc caſu, propter hominum peccata haud raro permittit hæc faſcina.
c. ult. de frigid. v. & ſi forte placet Deo, qvi matrimonii fuit inſtitutor, & autor Gœdelman. cap. 6. n. 18.

28 Nec mirum 3. qvod Diabolus ſe impudentem præbeat, & ſe ſiſtat in templo ceu loco ſacro. Referam res geſtas, tempore Lutheri, qvo Studioſus qvidam adoleſcens, luxui plus juſto deditus, ut tantum pecuniæ, qvantum vellet, ſemper in loco habere poſſet, ſe Sonte Dia-

te Diabolo devoverat, idqve chirographo ſangvine proprio conſcripto, Dæmoniqve oblato exhibuerat. Verum paulo poſt ex concionibus Lutheri ipſum facti pœnituit, & Luthero anxius ſuum facinus confeſſus eſt, ejusqve conſilium petiit, qvomodo à Satanæ poteſtate poſſet liberari. Lutherus effuſis ardentibus ad Deum precibus, additis qvoqve pro concione publicis precibus, coegit Diabolum, ut adoleſcentis chirographum ſub concione ad altare 29
projiciat

Gædelm. d. c. 6. n. 32.

Qvod facere non potuiſſet, niſi fuiſſet, in templo: Imo teſtantur Sacræ literæ, qvod Diabolus ſeducens Protoplaſtos fuerit in Paradiſo

Genes. cap. 3.

& conſtat ex hiſtoria Hiobi, qvod Satanas ſe ſtiterit in Conſpectu Dei, cumqve eodem locutus fuerit de pietate Hiobi

Hiob. cap. 1. 2.

Qværitur autem III. Qvare hæ ligationes fiant? Cauſa ex parte 30
Diaboli, eſt odium Vaticanum erga genus humanum

Genes cap. 3.

ut pote qvi propagationem generis humani qvovis modo qværit impedire; Deinde arctiſſimum illud amicitiæ vinculum inter Maritum & uxorem tollit, & ligatos ad adulteria inſtigat

Gædelman d. cap 6. n. 18.

Ex parte veneficæ autem cauſa eſt, tum inſtinctus Diaboli, 31
qvem ſeqvitur venifica, tum invidia, tum laſcivia, tum ſtudium vindictæ

Carpzov. deciſ. 186.

Q. IV. An hæc ligatio etiam fieri poſſit clericis nuptias celebranti- 32
bus? Ob man das Neſtel verknüpffen auch könne bey den Geiſtlichen anbringen? Puto qvod ſic; ſi fiat permittente Deo, cum & hi ſint homines & peccatores: Exemplo ſit Aaron, qvi erat Idololatra, & Sacerdotes Chriſtum innocentem damnantes & occidentes Imo inveni exemplum Presbyteri maleficiati in Civitate Bononia, qvod refertur

in doctr. pulch. fugandi Spiritus Malignos cap. 18. p. 55.

33 Nec obstat, si qvis 1. dicat clericos esse Viros Sanctos, imo Jehovæ
34 papillam qvibus Diabolus nocere non poterit. Verum cum Satanas non erubuerit Christum suum Creatorem in statu exinanitionis tentare tum in deserto

Matth. 4.

Tum in passione, imo per totam vitam usqve dum cruci affixus
35 obierit mortem. Christo autem clerici sint longe inferiores: Nec liberi erunt ab hac superstitiosa ligatione. Nec obst. 2. qvod clerici magis devoti sint in precibus: Cum Christus longe devotius oraverit, & discipulos docuerit, qvomodo sit orandum, & tamen Satanæ tentationes non effugerit, sed omnium hominum Sanctissimus à Diabolo fuerit abreptus, & in pinnam Templi Hierosolimitani deductus, atqve iterum in montem excelsum, ubi ipsi ostensa sunt regna Mundi

Luc. 4. Marc. 2. Matth. 4. v. 5. ibiqve Osiander & de Magia. §. 46 p. 14.

& Paulus Apostolus secundum propriam confessionem à Diabolo alapis cæsus sit

2. Cor. 12. v. 7.

37 *Osiand. de Magia §. 60. p. 151.*

Q. V. Qvamdiu duret hæc ligatio? Fieri solet vel in diem, vel in annum, vel in perpetuum, vel donec nodus ligulæ solvatur, aut sera reseratur

Sprenger. in malleo Maleficarum part. 2. qvæst. 2. c. cap. 2.
Speidel. d. d. l.
Delrio d. l. Lit. B.

Unde qvoad circumstantiam temporis, alii dicunt, hoc impedimentum esse vel temporarium, vel perpetuum, qvod usqve ad mortem est duraturum, & nullo naturali remedio, nec alias licite auferri potest

Delrio d. l.

38 Et de temporaria ligatione, qva nodus tantum ligatus est vexandi animo, ut Sponsus prima nocte cum Sponsa concumbere non possit, præjudicium refert

Car-

Carpzov. deciſcif. 186. & ex eo
Schöpſius in diſſertat Inaugur. ſub. præſidio
Meieri habita. de ſerto Virginum cap. 3. §. 19.

Cujus verba huic qvæſtioni liceat addere.

Hat M. G. von M. in guten bekant und geſtanden / daß ſie am nechſt verwichenen Pfingſtage zu M. in der Kirchen nach mittage wie H. O. mit C. T. getrauet worden ein Schloß/ ſo ſie bey ſich gehabt / als der Pfarr dem Brautigam und der Braut die Hände zuſammen gefüget/ zugeſchloſſen/ und ſolches darumb/ daß O. Ihr die Ehe zugeſaget/ darneben vermeldet/ wenn Sie ehe / als Er freyen würde / wolte Er Ihr einen Poſſen thun; Darauf ſie geantwortet / wenn Er eine andere freyete / wolte Sie Ihm gleichfals einen Poſſen thun / maſſen auch ietzo geſchehen/ und ſie das Schloß nicht ihm zum Schaden/ ſondern nur deßwegen zugeſchloſſen / daß Er die erſte Nacht nicht bey der Braut ſchlaffen könte/ das Schloß hätte auch nicht zugeſchloſſen bleiben können / weil es täglich für die/ Stalthür geleget/ und täglich auf und zugemachet würde / ſie hätte von den Sachen gehöret/ als Sie noch ein klein Mägdchen geweſen/ geſtalt Sie denn das Schloß/ welches Sie hinter die Feuermauer geſtecket/ dem Pfarrer zu Händen geliefert/ und wieder aufgeſchloſſen/ und ſolches ferner dem Richter zugeſtellet. H. O. auch uf befragen berichtet / daß Er nach der Trauung am ehelichen Weſen keinen Mangel verſpühret: So wird M. G. ſolcher Begunſtigung wegen zwey Jahr mit Landesverweiſung in 39
Straffe genommen / und Ihr hiernebenſt mit Ernſt unterſaget / ſich hinführo vor dergleichen Händeln zu hüten/ damit nicht im wiedrigen Sie mit ſchwerer Straffe geleget werden möchte V. R. W.

Q. VI. An novis nuptis permittendum, ut anteqvam fiat benedictio Sacerdotalis, anticipent concubitum, qvo evitent faſcina & ligationes Magicas? Neg. 40

Müller diſſert. de Benedict. Sacerdot. ſect. 5. §. ult.

Non enim ſunt facienda mala, ut eveniant bona 41

Roman. 3. v. 8.
c. ex tuarum. 2. de ſortileg.
Tabor in Barboſ. locuplet. lib. 11. c. 6. ax. 5.

nec prætextu boni malum faciendum

Tiraqvell. tract. de pœn. temp. canſ. 52. n. 8.

42 His non obſtat 1. Attamen Loth voluit proſtituere filias, ut ſervent-
tur hoſpites pasſivi

Geneſ. 19. v. 8.

43 Unde inferre licet, qvod ſint facienda mala, ut eveniant bona 2.
liceat in bello uti ſtratagematibus & 3. hac ratione irritus fiat Sa-
44 tanæ, & ligulas nodantium conatus. R. ad 1. qvod non exemplis,
ſed Legibus ſit judicandum.

Tabor in Barhoſ. locuplet. lib. 5. cap. 28. ax. 9.

inſimulqve factum Lothi refertur, non approbatur, qvanqvam
ſint, qvi Lothum propter ingentem animi perturbationem & fla-
grantem hoſpitum amicitiam excuſent

Schultz diſſert. de rebus peſſimi exempli ſect. 2. cap. 2. qvæſt. 2.
qvo Dannhavver. & alios allegat conſentientes.

45 ad 2. R. licet in bello uti ſtratagematibus, ſed non promiſcue qvi-
busvis, ſed licitis tantum

Wurmſer. exercit. jur. publ. 8. ax. 26.
Reinking. in Bibliſcher Policey *lib. 2. ax. 162.*

46 ad 3. R. interim tamen Satanas, qvod per ligationem non impe-
travit, conſecutus eſt per anticipatum concubitum, cum Sponſi
non, ut caſti compareant coram facie Dei & Eccleſia, ſed ut fœ-
dis cupiditatibus, affectibus, & peccatis polluti, ſeqve pene in-
dignos reddant benedictionis divinæ. Sed

47 Q. VII. An hæc artibus Magicis procurata impotentia poſſit arte
Medica curari? Neg. Nam Medicus tantum curat morbos natu-
48 rales: Hic autem morbus eſt ſupernaturalis, & Dæmonis virtute
procuratus, qvi non admittit naturalem curationem

Zacchias in qvæſt. Medico-Legalib. lib. 3. tit. 1. qvæſt. 5. n. 56.
qvi refert Girland. de ſortileg. qvæſt. 2. n. 20.

49 Et ut cauſæ hyperphyſicæ ſunt, ita hyperphyſicam qvoqve curan-
di rationem reqvirunt

Gœdelman lib. 1. cap. 8. n. 5.

Unde tale maleficium nemo curare poteſt, niſi qvi vel Dæmone
ſuperior eſt, ut ipſe Jehova, vel Dæmonicæ artis eſt peritus: Nam
50 cœteræ qvæcunqve artes in hoc in caſſum laborabunt

Zach.

Zacchiat. d. l.

Uti enim ædificia, & alia corpora fulgure incensa, aqva infusa 51
extingui non possunt, imo vero magis accenduntur; ita morbi Magici remediis physicis exacerbuntur potius, qvàm tolluntur

Gœdelman d. l. n. 6.

& ita etiam statuit

Binsfeld, tract. de Confessione Magarum p. 27. §. 8.

Cujus hæc sunt verba: Die Zauberer und Unholden können viel Kranckheiten heilen / denen kein Doctor der Artzney helffen mag. Et licet ligatis aliqvot remedia suppeditare velit

Berlich. part. 4. Concl. 3. n. 21. ad 26.

videntur tamen tum fallacia, tum minus practicabilia, qvare nec huc referre volui.

Q. VIII. An Christianus salva conscientia pro recuperanda coeundi 52
potentia possit consulere Magos & eorum auxilio uti? Puto qvod non 1, Ob severissimam ipsius Jehovæ prohibitionem, qvæ reperi- 53
tur

Levit. 19. v. 31.

Deut 18.

qvam seqvitur non tantum Jus Civile,

L. 3. & 5. C. de Malef. & Mathemat.

Sed & Canonicum,

c. qvi sine Salvatore 26. qvæst. 2.

c. admoneant. 26. qvæst. 7.

c. nec mirum 26. qvæst. 5.

& imitantur tum Theologi

Binsfeld. tract. de Confes. Mag. §. 9. p. 28.

Dunte in Casib. Conscient. cap. 10. sect. 1. qvæst. 43.

tum JCti

Delrio disqvis. Mag. 6. cap. 2. sect. 1. qvæst. 2.

Theodoric. Colleg. Crim. cap. 7. §. 6. n. 17.

Gœdelm. de Mag. lib. 1. cap. 8. n. 37.

Berlich. part. 4. Concl. 5. n. 84. seqq.

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 50. n. 64.

Struv. Syntagm. Jur. exerc. 49. §. 66.

54 2. Ob astutiam Diaboli. Auxilio enim à Magis petito prodimus turpissimam animi nostri erga Deum verum diffidentiam, infidelitatem, rebellionem

Gœdelm. d. l. n. 41.

55 3. Ob periculum animæ. Diabolus enim per sagas sanando corpus, occidit, vel lædit animam

Gœdelm. d. l. n. 39. & 75.

imo beneficia Dæmonum sunt nocentiora vulneribus, unde citius mors homini Christiano subeunda, qvàm vita ita commodior redimenda

Dunte d. qvæst. 43.

56 Hisce enim auxiliis contrahimus iram Dei, & mortem æternam

Gœdelm. d. l. n. 42.

Unde homini Christiano tutius esset millies mori, qvàm per peccatum operâ Diaboli sanari

Theodoric. d. l. cap. 7. n. 18.

Gœdelm. d. l. n. 39.

& potest huc repeti regula, qvod non sint facienda mala, ut eveniant bona

Rom. 3. v. 8.

57 Prout nec licet uti exorcismis,

Sprenger in Malleo Malef. part. 2. qvæst. 2. cap. 6.

Cum exorcistæ ut plurimum sint Magi

Gœdelman. lib. 1. cap. 6. n. 21.

Dunte. d. l. qvæst. 44.

58 Nec obst. 1. qvod in angustiis auxilium qvovis modo sit qværendum, juxta vulgi regulam Wer das Feuer von nöthen hat und bedarff/ der suchet es in der Aschen. Nec obst. 2. qvod artes Magicæ

59 ad bonum finem sint licitæ

L. 4. C. de Malefic.

60 Nam ad 1. qvod auxilium qværendum sit à solo Deo, qvi noster est Medicus

Exod. 15. v. ult. Ich der HErr dein Artzt

insimulqve legitimis mediis & medicamentis, non superstitiosis &

Ma-

Magicis sit utendum: Cum non perinde sit auxilium qværere à Deo, aut à Diabolo

Jerem. 8. v.

ad 2. R. qvod ne qvidem ad bonum finem artibus Magicis, harum- 61
qve consultoribus uti liceat, ut jam dictum: textus a.

L. 4. C. de Malefic.

Sapit reliqvias Gentilismi

juxt. Carpzov. part. 4. Const. 2 def. 7. n. 7.
Btunneman ad d. l. 4. C. de Malefic. n. 3.
Bartold. dissert. de famosis Incendiariis cap. 4. n. 68.

Nec obst. 3. qvod Magi omnia, qvæ sanando peragunt, faciant in nomine Domini R. qvod ore blasphemo utantur, vel potius abu- 62
tantur nomine Domini, contra secundum Decalogi præceptum, & Diabolus etiam utatur nomine Domini,

Luc. 4. v. 41. &c. 8. v. 28.

& tamen sit, maneatqve Diabolus

Dunte. d. l. qvæst. 42. Obj. 1.

Q. IX. Qvomodo puniendi, qvi pro removendo hoc impedimento coeundi, vel solvendis ligulis Magicis, Magos consulunt? Licet sint, qvi statuant qvod consulens Magos, & ipsi Magi, inter se invicem colludant, & hinc propter hanc collusionem ambo æqvali pœna sint afficiendi, unde consulens pœna capitis puniendus 63

juxta Chirland. tract. do sortileg. qvæst. 11. n. 5.
Sprenger, in Malleo Malef. part. 2. qvæst. 2. p. 393.

arbitrariam tamen pœnam hic sufficere statuunt 64

Moller. part. 4. Const. 2. n. 7.
Gœdelman lib. 3. cap. 11. n. 31.
Capzov. pr. Crim. qvæst. 50. n. 64. seqq.

dictitantqve pœnam carceris, vel mulctam pecuniariam

juxt. Berlich. d. l. n. 95.

qvanqvam & multi, consulentes habeant pro infamibus

Sprenger d. l.

ut hinc si sint in officio publico, etiam deponi possint

Carpzov. d. l. n. 66.

65 Insimulqve per Ministros Ecclesiæ consulentibus Magos dictari solet pœnitentia Ecclesiastica

Berlich d. Concl. 5. n. 91.

Muller, differt. de pœnitent. Ecclesiast. cap. 4. n. 33.

66 cum Sacra Scriptura non tantum damnet Magos & id genus alia Satanæ Mancipia, sed & eos, qvi consulunt tales

Levit. 20.

Dedeken. vol. 2. sect. 16. rubr. de revelatione & Inqvisitione occultorum Num. 4.

67 Nec obst. qvod nemo ob unum idemqve delictum duplici pœna sit afficiendus

Tabor, in Barbos. locuplet. lib. 4. cap. 41. ax. 8.

68 consulens autem dupliciter puniretur R. neg. Nam deprecatio publica proprie non est pœna, insimulqve hic est duplex finis. Per pœnitentiam enim fit satisfactio Ecclesiæ: Per pœnam autem secularem fit satisfactio Reipubl. ob delictum offensæ

Muller d. l. n. 3.

69 Non tamen potest solus Minister Ecclesiæ, in cujus Diœcesi reus existit, sine præscitu & Consensu Consistorii Ecclesiastici hancce pœnitentiam Ecclesiasticam dictare consulenti

Muller d. l. cap. 2. n. 41.

70 Q. X. Unde indagabitur, qvis fuerit autor hujus ligationis Magicæ? Cum in factis, qvæ sunt difficilioris probationis, sufficiat probatio per Conjecturas

Mascard. de probat. vol. 1. Concl. 496. n. 4.

Tabor in Barbos. lib. 14. cap. 86. ax. 13.

Esbach in not. ad Carpz. part. 3. C. 5. d. 11. n. 7.

71 Et plures præsumptiones conjungantur ad faciendam plenam probationem, juxta illud, si non prosunt singula, multa juvant collecta

Farinac. Conf. 38. n. 8.

Theodoric. Colleg. Crim. cap. 6. §. 3. n. 41.

72 prout ex turpi tactu, osculatione, amplexu arctissimo, secessu in thalamum occulto ostio cum mora redeundi conjuncto adulterium probatum esse tradit

Ber-

Bertazoll. Conſ. 20. n. 9.
Farinac. & Theodor. d. l.

Hæc ligatio Magica autem fiat in occulto. Hinc non dubium 73
erit, qvam & hoc caſu recurrendum ſit ad præſumtiones & in-
dicia, qvæ erunt vel antecedentia, vel concurrentia, vel ſubſe-
qventia. Antecedentia ſumuntur ex vita ante acta, ſi qvis vel 74
qvæ antea hiſce mediis ſuperiſtitioſis fuerit uſus. Wenn ſie der-
gleichen Stückchen ſchon mehr gebraucht. 2. Si haſce artes alios
docere voluerit.

Beſold. theſaur. pract. voc. Hexen. *Indic. l,*

3. Si libri Magici & ſuperſtitios; penes aliqvem fuerint inventi
Theodoric. Coll. Crim. cap. 7. §. 6. Lit. C.

Huc & 4. refero præparatoria, ut ſi qvis viſus fuerit, qvod ligu- 75
las vel ſeram ſecum ſumſerit in templum 5. Si qvæ Sponſo mina-
ta fuerit nodationem ligulæ, qvale exemplum ſupra ex Carpzo-
vio n. 38. retuli. Concurrentibus 2. annumero, ſi qvis ipſo facto
viſus fuerit nodare ligulam, cum Sacerdos benediceret novis 76
nuptis: Et refert Bodinus exemplum, qvo fœmina obſervavit
juvenem, qvi ſub pileo benedicente Sacerdote nodaivt ligulam,
qvi cum nodata ligula deprehenſus ſubito aufugit

Bodin. in Damonoman. lib. 2. cap. 1. p. 75.

cujus verba brevibus addam Auch fällt mir ietzt ein / daß ich den
Hauptmann Riole, General Lieutenant zu Blois habe hören erzeh-
len / wie ein Weib in der Kirchen einen Buben geſehen / der unter
ſeinem Hütlein einen Neſtel geknüpffet allweil man zwey hat ehe-
lich eingeſegnet / und darüber auch mit dem Neſtel begriffen
worden / aber alsbald davon geflohen. Ad ſubſeqventia refe-
ro 1. Si nodans poſtmodum glorietur de hoc facto, & hujus glo- 77
riationis convincatur. 2. Si ſponte confiteatur factum, vel judi- 78
cialiter.

Carpzov. deciſ. 186.

3. Si promittat Curationem Er wolle es ihm hinwieder benehmen. 79

Beſold. theſaur. pract. voc. Hexen *Indic. 9.*

Q. XI. Qvomodo probabitur ſponſo potentiam coeundi artibus 80
Magicis eſſe ademtam, daß ihm an ſeiner Mannligkeit durch das

Neſtel knüpffen Schaden geſchehen/ oder ein Schelmſtücke gethan ſey? Multum hic tribuo judicio Medicorum, & corporis inſpectioni per Medicos, chirurgos, & obſtetrices factæ, ſi atteſtentur, qvod nullo remedio naturali Sponſus poſſit curari

Zacchias in qvæſt. Medico Legal. tom. 3. qvæſt. 48. & 56.
Maſcard. de probat. vol. 1. Concl. 312. 816. & 888.

81 Congreſſus tamen præſentibus Matrimonis Medicis & judice daß der Maritus auff ſolche maße eine Probe und Schulrecht ablegen ſoll/ non reqviritur, cum ſit honeſtati naturali contrarium

Speidel. Specul. Jur. voc. Eheſcheidung
Nicolai de divort. cap. 3. n. 11.

82 Nodatio hæc porro præſumitur, ſi hæc impotentia ſubito ſuperveniat absqve ulla prævia debilitatione, cum tamen naturales infir-
83 mitates ſucceſſive ſoleant debilitare

Sprenger. in Mall. Maleſic. part. 3. qvæſt. 11. *p.* 541.

84 Hic ſuccedit, ſi conſtet, qvod Sponſus antea in re Venerea fuerit ſatis potens, habeatqve ex priori matrimonio liberos, qvi autem cum præſenti Sponſa, vel uxore plane non poſſit concumbere, cum ipſius virga, qvæ ante erat admodum erecta, jam ſit flaccida, & Sponſus, qvi ante erat ſatis hilaris, jam ſit qvam maxime triſtis. Nec
85 obſt. qvod membra virilia non poſſint auferri, cum hoc ſine læſio-
86 ne & dolore corporis humani fieri non poſſit ꝛc. ita eſt, licet autem membrum virile auferri non poſſit, attamem potentia coeundi &
87 imprægnandi adimi poterit, cum Deus Diabolo vix plus in aliis qvàm genitalibus membris permittat

Sprenger d. l. part. 1. *qvæſt.* 3. *cap.* 7. *p.* 295.

88 Q. XII. An pro Mago vel venefica ſint habendi, qvi hiſce artibus ad cauſandam novis nuptis impotentiam utuntur? Certum eſt, qvod Magi haſce calleant artes

Farinac. pr. Crim. qvæſt. 20. *n.* 103.
Bodin in Demonom. lib. 4. *cap.* 5. *p.* 146. 147.
Damhoud. pr. Crim. cap. 73. *n.* 2.
Berlich. part. 5. *Concl.* 5. *n.* 52. *ſeq.*
Goldaſt. im rechtlichen bedencken von Confiſcation der Zauberer

berer und Hexen Güther §. 51. v. oder zum ehelichen Wercken untauglich machen *Lit. B.*

Sed jam vice versa qværitur, an omnes, qvi hisce artibus utuntur, sive sint masculini, sive fœminini sexus, sint Magi? Puto qvod non: 89
cum & pueri, & homines simplices nodare possint hasce ligulas certis adhibitis verbis, qvi Magiæ plane sunt ignari, & cum Satana neqve expressum neqve tacitum pactum iniverunt

Bodin. in Dæmonom. lib. 2. cap. 1. p. 74. 75.
Speidel. in Specul. Jurid. voc. Nestel knüpffen
Simon dissert. de impotent. Conjugali cap. 5. §. 4. n. 6.

Qvanqvam nec ligula, nec vebra in se considerata qvicqvam ad 90
rem faciant; Sed Diabolus interea hoc malum in nupturientibus perficiat

Bodin. d. l. p. 76.

Liceat ejusdem verba hic adjicere: Daß weder Worthe noch Nestel etwas zur Sache thun / sondern dieses alles durch des Teuffels Boßheit und arglistigkeit zugehe / welcher allein der Menschen Dienst dazu gebrauchet / damit Er ihrem schändlichen bösen Willen dadurch forthelffe: Qvi tamen fatetur, qvod hæc ligatio sit primus gradus & 91
initium ad Venificium

Bodin. lib. 4. cap. 5. v. Und diß der Anfang zur Zauberey sey. p. 247.

& cum hæc actio sit diabolica, nodans, qvisqvis etiam sit, hoc non 92
feret impune

Bodin d. l.
Speidel. d. l. v. Nestel knüpffen

Q. XIII. An ligans vinculis, carceribus, & verberibus possit cogi, 93
ut solvat ligulam Magicam? Neg.

Delrio in Disqvis. Magic. lib. 6. c. 2. sect. 1. qvæst. 2.
Theodoric Colleg. Crim. cap. 7. §. 6. n. 18.
Brunneman de Jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 17. §. 4. ibiqve Stryk.

qvia non modo credit, Dæmonem medelam afferre posse, sed & 94
concurrit positive ad actum positivum: Dæmon autem pluris hoc facit, qvàm mancipii sui injuriam, cujus afflictione solet gaudere.

Nec

95 Nec potest dici expers pacti taciti, qvi cogit maleficum ista perficere virtute pacti, qvod maleficus cum Dæmone iniit

Delrio d. l. qvi ad contra ibidem pluribus respondet.

96 Interim referam ex Bodino aliqvot exempla, ubi ligantes carceribus & verberibus coacti sunt solvere ligulam, & res bene cessit. Et qvidem de incarcerata hæc leguntur. Anno 1560. Hat ein peinlicher Richter zu Niort auf ein schlechtes Angeben einer jungen Hochzeiterin/ die ihre Nachtbarin deßhalben verklagt gehabt/ daß Sie ihrem Brautigam den Riemen verknüpffet/ habe dieselbe in einen finstern Thurm geworffen/ und ihr gedrauet/ Sie ihr lebtage aus dieser Gefängniß nicht zu lassen/ Sie habe denn den verknüpfften Mann entbunden: darauf die Gefangene zween Tage hernach den jungen Eheleuthen entboten/ wiederumb bey einander zu schlaffen. So bald nun die verstrickten des Zauberbandes entlediget/ hat Er die gemacht binderin und Löserin gleichfalß ledig gelassen

Bodin. in Dæmonoman. lib. 2. cap. 1. p. 76.

Insimulqve exponit hasce res gestas, ubi Maleficiatus verberibus coegit veneficam restituere sanitatem: Zu Regenßburg sey eine Hexe gewesen/so iemand den Bundschaden gethan/die Er erwischet/geschlagen/ und sie gleichsam erwürgen wollen/ darob Sie sich also bewegen lassen/ daß Sie wieder Ihren willen Ihm den Knopff hat auflösen müssen

Bodin. d. l.

Et recordor pharmacopolæ νῦν ἐν ἀγροῖς, qvi qvæsitus de hoc maleficio, non aliud suppeditabat consilium, qvàm hoc, qvod veneficam obtorto collo tenere, verberare & tam diu continuare debeat, usqve dum vel solvat, vel promittat solvere ligulam Magicam. Alius pacto sibi recuperavit ademtam generandi potentiam: Zu Speyer hat iemand gemeinet/ Er sey seiner Mannschafft gantz beraubet/ hat deßhalben sich von dem Medicis und Wuntartzten besuchen lassen/ welche aber weder Wunde noch Mähler/ noch andere Verschrung an Ihm befunden; Und also Ihm auf diese Weise kein Rath geschehen mögen/ hat Er die Hexin/ so Ihn bezaubert gehabt/ begütiget/ und ist also dadurch wiederumb zu rechte gekommen

Bodin. d. l.

Sed

Sed jam supra dictum, qvod neqve blandis verbis erga Sagam uti, nec carceribus, neqve verberibus contra Magas procedere liceat hunc in finem, qvo solvatur ligula Magica. Interim hæc ex Bodino retuli, sed non approbavi. Q. XIV. An Maritus occidens li- 97
gantem ordinaria homicidii pœna sit plectendus? Puto qvod non: Cum ligans latroni qvàm maxime possit comparari, præterqvam qvod hic subito, ille vero pedetentim occidat: Et perinde erit, ac si ligato porrigat venenum; imo lædit ipsum in bonis tum animi, tum corporis, tum fortunæ. Et qvidem qvoad ani- 98
mum, qvatenus indies contristatur, Zelotypia imprimitur, amor conjugalis flaccescit, phtysi, melancholia & mœrore contabescit, & tandem mors acceleratur. De bonis corporis non dubitandum, cum hæc ligatio continuum inferat morbum, forma venusta pereat, cibi porusqve sumantur sine appetitu, stomachus concoctionem recuset, noctes ducantur insomnes, medicamenta frustra applicentur, & qvid tandem morte erit certius. Damnum etiam qvod accidit bonis fortunæ, est in aprico. Nam patrefamilias ægrotante bona nulla acqviruntur, præsentia male administrantur, negliguntur, perduntur; Insimulqve propter omissam sobolis procreationem Stirps cum Vasallo interit, & feuda ad familiam extraneam transferuntur. Omnia hæc mala possunt ex hac ligatione Magica oriri

Harßdörffer in Schauplatz lust und lehreichen Geschicht *histor. 59. §. 7.*

Qvis autem justum tunc poterit tolerare dolorem

L. si ad adulterium 38. §. si Imperator ff. ad L. Jul. de adulter.

Lubet hic ex Harsdörfero addere historiam. Zu Lion waren 99
Peron und Gilbet zwey Frantzösische von Adel / lebten in fast Brüderlicher Vertraulichen Freundschafft; Gilbert hält mit einer Adelichen Dame Hochzeit / welcher Peron auch beywohnet / bindet unter der Trauung einen Nestel und verwahret ihn in seiner Lade: Darauff wird Peron nach Paris beruffen / und reiset noch am Hochzeit-Tage hinweg. Gilbert spühret daß er bey seiner Vertrauten ohne Mannschafft / und die Eheliche Schuldigkeit auff kei-

nerley Weise abstatten kan/ darüber betrübet er sich sehr/ fraget umb Rath/ und höret/ daß sein Gebrechen vom Nestel knüpffen entstanden/ mochte doch nicht errathen/ wer ihm solches gethan/ weil er keine Feinde noch Nebenbuhler gehabt: Inzwischen aber nimt er am Leibe ab/ dorret aus/ und erkrancket an der Schwindsucht mit grossen Hertzeleid seiner Jungen Frauen. Nach zweyen Jahren kömt Peron wieder nach Lion/ und besuchet seinen alten vertrauten Freund im besagten Zustande: Als er aber sein Unglück vernommen/ und den verknüpfften Nestel die gantze Zeit vergessen gehabt/ eilet er alsobald die Nestel auffzulösen/ und kommet Colbert umb Verzeihung zu bitten/ daß er aus Unbedacht so grossen Schmertzen verursachet: Gilbert verstehet solch Bekäntniß mit ergimmeten Gemüthe/ ergreifft das nächste auf dem Tische liegende Messer/ und stösset es Peron in das Hertze/ daß er so bald zu Boden gesuncken/ und todt hinweg getragen werden müssen. Ob nun wol Gilbert
" in das Gefängniß geleget/ wurde er doch wegen der gerechten Ursache
" seines Zorns nicht an dem Leben/ sondern am Gelde gestraffet/ und
" hat sich von der Stunde besser befunden/ und hernach seinem Eheweibe gebürlich beygewohnet/ und Kinder mit ihr gezeuget. Hieraus ist zu ersehen/ daß der böse Feind seine Hand allezeit mit in dem Spiele habe.

Harßdörffer *d. hist.* 59. §. 5. 6. 7. 8. 9.

100 Propterea autem pœna mortis hic cessavit, qvia homicidium non fuit dolosum, sed saltem culposum, qvod non solet esse capitale

Carpzov. pr. Crim. qvæst. 27. *n.* 33. *seqq.*

& cum hæc qvæstio non sit dissimilis

qvæst. 3. *memb.* 1.

repetas ibidem, qvæ pro & contra sunt prolata. Ex his inqvi-
101 rere licet in gravitatem hujus delicti. Unde jam porro XV. qværitur, An filius, qvi patri ad secunda vota transeunti magicæ tales nodet ligulas, detecto hoc maleficio possit exheredari? Puto qvod sic. Videtur enim, qvod hoc horrendum factum (qvod contrariatur Sacræ Scripturæ, & in specie qvarto præcepto, imo

rectæ

rectæ rationi & juri naturæ) referri possit ad primam causam exheredationis, si scilicet Parentibus manus intulerint

Nov. 115. cap. 3. §. 1.

Qvod hic maximè fit; Infert enim hic manus, si non immediate, tamen mediate, scil. ope & opera Diaboli, & qvidem tantopere, ut hoc factum patri possit esse funestum. Nec obst, qvod tanta perversitas in liberis non præsumatur; Cum filio semper honesta & sancta esse debeat persona patris

L. 9. ff. de Obseq. parent. & Patron. præstand.

Sanctum autem est, qvod ab injuria hominum munitum est

§. Sancta I. de R. D.

R. Nihil tam sanctum, qvod non aliqvando violet audacia;

Cic. pro Rosc. Harpr. §. fin. Inst. de exhered. n. 17.

Et qvos natura in Officio retinere non potest, hos patris coercebunt fulmina. Cum ratione parentum inimici, non liberi esse intelligantur

Harprecht d. l.

Gerhard. diss. de exhered. §. 20.

Optimo ergo jure obtineri poterit exheredatio. Nec obst. 2. qvod exheredatio ob causas similes seu æqve graves vel graviores, qvæ in

d. Nov.

enumeratæ sunt, fieri non possit. R. de hoc adhuc sub judice lis est

Hahn ad Wesemb. Parat. de liber. & posthum hered. inst.

Struvius in Syntagm. exerc. §. 33.

imo hic casus non videtur esse similis, sed sub d. Nov. comprehensus, ut ostendi in præcedentibus. Sed qværitur XVI. An si uxor durante nodatione Magica, & hinc subsecuta impotentia Mariti, cum alio consvescat, & sic adulterium committat, ipsa ordinaria adulterii pœna sit plectenda? puto qvod non

cum Carpzov. pr. Crim. qvæst. 61. n. 14. seqq.

Nam cum uxor benigne egerit cum Marito, qvod dissolutionem Matrimonii nondum qvæsiverit, æqve Marito incumbet, qvodammodo connivere, ipsi condonare, & ad ulteriorem cohabitationem

108 nem pro meliori cura se offerre; & tunc cessabit non tantum pœna gladii, sed & fustigationis & relegationis. Unde pronunciant Scabini Lipsenses: Dieweil aber dennoch gedachter Ihr Ehe-Mann selbsten berichtet und ausgesaget / daß er von wegen seines Alters und Leibes Unvermögenheit bemeltem seinem Eheweibe in das sechste Jahr keine eheliche Pflicht leisten können / so mag sie auch nach Gelegenheit dißfals von wegen obberührter ihrer Verbrechung am Leben nicht gestraffet werden. Sie wird aber gleichwol mit Staupenschlägen des Landes ewig billig verwiesen: Es wolte denn gedachter ihr Ehemann ihr solche Verbrechung verzeihen / sie wiederumb annehmen / und ferner bey sich umb seiner besseren Wartung und Pflegung willen behalten / auf den Fall bliebe sie dem heiligen Ehestand zu Ehren mit der öffentlichen Staupen / so wohl auch der ewigen Landes Verweisung billig verschonet / und würde allein im Gefängniß mit Ruthem ziemlicher massen gezüchtigee / und hernach auff einen gewöhnlichen Urpheden desselben entlediget V. R. W.

Carpz. d. quæst. 61. n. 20.

109 Nec obst. qvod Maritus ita se suspectum reddere videatur lenocinii ꝛ. qvod sine probro lenocinii, permittente Lege Maritus hoc facere possit,

Carpz. pr. Crim. qvæst. 55. n. 3.

maxime si ipsius Oeconomia hoc non permittat, & uxor promittat,

110 vitæ emendationem. An a. XVII. Ob hancce Magicam nodationem, & ademtam coeundi potentiam matrimonium possit dissolvi.

111 Ob wegen des Nestel knüpffens die Ehescheidung zu verstatten? Puto distinguendum esse, an impotentia in ipso primordio, & ingressu Matrimonii appareat e. g. cum Sponsus prima nocte nuptiarum cum Sponsa vellet concumbere, concubitum autem propter impotentiam non potuerit perficere: An vero demum post consummatas nuptias, & peractum primum concubitum superveniat. Illo enim casu, sive impotentia sit absoluta & totalis qvoad omnes, sive sit respectiva respectu scilicet solius Sponsæ, dissolvitur Matrimoni-

112 um. Cum videantur deficere substantialia matrimonii: Hoc vero non æqve; cum nihil videatur esse tam humanum, qvam fortui-

tis

tis casibus mulieris Maritum, & contra uxorem viri qarticipem esse

L. si detem 22. §. si maritus. 7. ff. solut. Matrim.

qvæ distinctio fundata est

in c. qvod autem. 27. qvæst. 2.

cujus hæc sunt verba: Impossibilitas coeundi, si post carnalem copulam inventa fuerit in aliqvo, non solvit conjugium; Si vero ante carnalem copulam deprehensa fuerit, concedendum erit mulieri alium virum accipere. Et ita etiam sentiunt

Harprecht §. II. I. de nupt. n. 136. seqq.

Carpzov.

Brunnem. de Jure Eccles. l. b. 2. cap. 17. §. 2.

ibiqve Stryk.

Nicol. de divort. part. 2. cap. 3. n. 6.

Nec obst. qvod dicitur

in L. nuptias 30. de Reg. Jur.

qvod nuptias non concubitus, sed consensus faciat. R. qvod triplex detur matrimonii consummatio, vel ratione tutelæ, qvæ incipit à momento Sponsaliorum, vel ratione tacitæ hypothecæ, per copulam sacerdotalem, vel ratione successionis per ingressum thori 113 114

Carpzov. p. 3. Const. 19. def. 10.

In hac materia dissolvendi matrimonii ob impotentiam, non tam respiciendum ad desponsationem, qvam consummationem matrimonii per copulam, ita ut illa impotentia præcedens dicatur, qvæ adest ante primam copulam. Cum ergo tali casu interveniente ligatura Magica nunqvam consummari possit Matrimonium, altera vero pars dissolutionem urgeat, locus separationi dandus erit 115

juxt. d. c. qvod a. 27.

Et ita etiam sentit

Stryk. ad Brunn. J. Eccles. lib. 2. cap. 17. §. 3. p. 667.

Nec obst. 1. qvod tradit 116

Muller dissert. de Hierolog. Sacerd. sect. 8. §. 7.

